This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

600097087.

CLEMENTIS ROMANI

AD CORINTHIOS EPISTULA

CONSTANTINI TISCHENDORFII EX APOTYPOMATE CONSULTATA
PHOTOGRAPHICA CODICIS ALEXANDRINI EFFIGIE NON NEGLECTA
EDITORUM *ΑΥΤΟΠΤΩΝ* AUCTORITATE FUNDITUS RECENSUIT
COMMENTARIUM MAXIME CRITICUM INTERPRETATIONEM IUNII
ET COTELERII LATINAM EMENDATIOREM PROLEGOMENA
INDICES NOMINUM VERBORUM LOCORUM

ADDIDIT

J. C. M. LAURENT

BIBLIOTHECA BODLEIANA

INSUNT ET ALTERA QUAM FERUNT CLEMENTIS EPISTULA
ET FRAGMENTA

LIPSIAE
J. C. HINRICHS BIBLIOPOLA
1870

110. l. 123

GUILIELMO LOEHE

CLEMENTI

CLEMENTEM

D. D. D.

EDITOR.

LECTURIS

S.

Quod triennio ante Constantinus de Tischendorf edidit Clementis Romani epistulae ἀποτύπωμα, hoc iam nunc ut in usum nostrum converteremus movit nos et magna quae Patri apostolico debetur reverentia et multa quae a plurimis VV. DD. in eum conlata est opera. Ita factum est ut nos iam non solum librarii alexandrini, sed ipsius Clementis verba, quin verborum formas Deo favente nos adsecutos esse speremus.

Insignia autem palaeographorum qui nunc sunt principis de Clemente merita quamvis primo loco ponenda sint, nihilo tamen setius etiam non tacenda videntur nomina Patricii Iunii Henrici Wottoni Gulielmi Jacobsoni, qui et ipsi codicem alexandrinum volutarunt contulerunt descripserunt. Quorum virorum vestigia nos omni quo par erat studio nobis premenda esse statuimus.

Restat ut mentionem iniciamus exempli quo nobis uti contingit photographici. Quod Tischendorfius postquam a clarissimis Musei Britannici Antistitibus dono datum accepit, pro ea qua erga nos est humanitate nobiscum communicavit.

Valete studiisque favete nostris.

Dabamus Novae Dettelsaviae m. Ian. a. MDCCCLXX.

PROLEGOMENA.

I. DE CODICE ALEXANDRINO.

Adservatur in Museo Britannico codex qui dicitur alexandrinus, solus solius quam habemus epistulae Clementis fons. Qui signatus litt. A membranaceus est, foliorum 169, formae quaternariae. Sed horum foliorum unum deest: quod ab aliis iam diu coniectatum Tischendorfius primus certo certius demonstravit. Sunt enim — id quod primus vidit Tischendorfius — singula codicis folia numeris arabicis signata. Quare cum folia 158 occupentur Bibliis, reliqua undecim, folium 159—169, sunt epistularum clementinarum. Quorum unum, dico folium 168, excipiens folium arabicum ١٣٤ (134), cum non — ut debuit — exhibeat numerum ١٣٥ (135), sed ١٣٦ (136), scriptoris arabis ordinem ita turbat, ut appareat folium illud ١٣٥ (135) ab Arabe signatum quidem esse, sed postea casu elapsum.

Quod quo facilius oculis illucescat, hanc proponimus tabellam:

Folium Clementis.	Folium codicis totius.	Numerus arabicus.
I	159	١٢٦ (126)
II	160	١٢٧ (127)
III	161	١٢٨ (128)
IV	162	١٢٩ (129)
V	163	١٣٠ (130)
VI	164	١٣١ (131)
VII	165	١٣٢ (132)
VIII	166	١٣٣ (133)
IX	167	١٣٤ (134)
X	168	١٣٦ (136)
XI	169	١٣٧ (137)

De historia et aetate codicis haec in prolegomenis ad LXX dicit Tischendorfius:

„Codex Alexandrinus Musei Britannici factus est postquam, ut in ipso codice praenotatur, cubiculo patriarchali (Alexandriae) anno 1098 dono datus fuerat rursusque anno 1628 a Cyrillo Lucari, patriarcha primum Alexandriae post Constantinopolitano, dono missus Carolo I Britanniae regi. Idem Cyrillus Lucaris sua manu traditionem testatur ex qua hic codex, manu Theclae nobilis feminae aegyptiae paulo post concilium nicaenum' scriptus dicitur. Quae traditio multis excogitata videtur ad venerandi libri gloriam. Quodsi verum est, ut in veteri est proverbio, non facile spargi rumorem quin aliquid subsit, ex celebri S. Theclae coenobio Seleucensi, quod iam Gregorii Nazianzeni tempore florebat, alexandrinus codex prodiisse recte visus est; unde facile fieri poterat ut ipsius Theclae manu exaratus diceretur. Praeterea vero litterarum forma, interpunctionis simplicitas, compendiorum raritas ac quicquid denique ad definiendam libri aetatem facit, sive in Veteri sive in Novo Testamento, eiusmodi est ut quinto saeculo scriptus esse maxima cum probabilitate existimetur."

Quibus Tischendorfii verbis addas quam in prolegomenis ad Appendicem codicum tulit sententiam: „In aetatem huius codicis rursus diligenter inquisivi quum per duas fere hebdomades quotidie manibus eum tenebam. Etsi inveni aliquot loca quibus antiquissimae scripturae elegantia formis productis atque oblongis imminuitur, tamen non possum quin confirmem ab aetate codicum sinaitici et vaticani saeculo fere alexandrinum abesse, i. e. circa medium saeculum quintum videri scriptum."

Cum igitur quattuordecim amplius saecula abierint ex quo codex alexandrinus exaratus est, non est quod miremur eum iniqua valde et afflicta condicione esse. Hinc lacunae istae frequentissimae, hinc margines tabe arrosi tineisque obesi et praeterea a barbaris manibus passim, ut videtur, abscissi. Accedit quod olim imprudenter infusa gallarum tinctura plures paginae tanto opere maculatae sunt, ut quae in iis scripta fuerant vix possint legi. Quo etiam factum est ut photographici — de quo infra exponemus — exempli artifex „interdum non tam litteras quam maculas redderet".

Sed sperat fortasse quispiam alium etiam Clementis codicem exsistere. Et constat de libro quodam ferrariensi palimpsesto rumorem serpere; at rumor est, nihil aliud. Accipias enim quae hac de re refert Tischendorfius. Qui in Appendice codicum p. XV:

„Quum, inquit, a. 1843 Venetiae in bibliotheca S. Marci codicibus excutiendis operam dabam, unus ex bibliothecariis Ferrariensibus obiter mecum communicavit, esse Ferrarae codicem palimpsestum antiquiore scriptura epistulam Clementis priorem continentem; se ipsum cum Angelo Maio examinasse, sed scripturam tantum non cum Londinensi consentire. Magno ex illo tempore desiderio thesauri Ferrariensis tenebar. Quod enim bibliothecarius nuntiaverat, confirmabat quodammodo Fridericus Bluhme in Itinere Italico vol. II pag. 179 a Maiero antiquiorem illam codicis Ferrariensis scripturam detectam et vol. 4 pag. 239 Carolo Witte auctore cum aliquot Gregoriorum et Chrysostomi scriptis Clementinum opus ibi contineri dicit. Augebat spem celeberrimus Professor Halensis, qui accuratiora roganti mihi rescripsit non tam priorem quam alteram Clementis epistulam Ferrariae ante 40 annos se invenisse, nonnihil etiam descripsisse, descripta postquam Thiloni tradidisset quo devenerint latere. Hinc nuper Romam quum proficiscebar nihil antiquius habui quam ut Ferrariam me conferrem. Librum exspectatissimum iam manu tenenti oblata est Angeli Maii quaedam de libris mss. Ferrariensibus dissertatio qua Clementinae epistulae a se inventae mentionem facit. Denique ipse ille bibliothecarius anni 1843, nunc Canonicus, ex aede eius urbis cathedrali accessitus est, qui cum Maio olim folia rescripta perscrutantem certe inscriptionem epistulae *κλημεντος του ρωμης* suis se oculis vidisse asserebat. Hunc quem laudabat titulum feliciter mox inveni. At usura falsi gaudii fruebar. Revera illud quidem ibi scriptum est: *κλημεντος επισκοπου* (unde *του* apud Maium fluxerat) *ρωμης*, sed praecedunt: *βιος του αγιου μαρτυρος*, et sequuntur *του μαρτυρησαντος* etc. Huic vitae Clementis, in quam passim in actis sanctorum manu scriptis incidere me memini, cum epistulis eiusdem viri apostolici nihil commune esse inter eruditos constat“.

II. DE PHOTOGRAPHICO CODICIS EXEMPLO.

Aureum hoc, ut ita dicam, Britannicae liberalitatis documentum sic inscriptum est:

Photographic Facsimiles of the remains of the epistles of Clement of Rome.

Made from the unique copy preserved in the Codex Alexandrinus.

London.

Published by order of the trustees of the British Museum.

1856. — 4°.

Clarissimi Musei Britannici Antistites sic praefati sunt:

The remains of the two Epistles of Clement of Rome to the Corinthians, preserved in the unique copy at the end of the Codex Alexandrinus, in the British Museum, have long been considered by biblical scholars as worthy of especial notice. From the testimonies of Eusebius, Epiphanius, and other ecclesiastical writers, it is known that these Epistles were not only held in great esteem by the early Christians, but were accustomed to be publicly read in the churches; while from the Apostolic Canons it would appear that they were even reckoned among the Canonical Books. In the opinion of Bishop Beveridge, indeed, the latter statement receives some confirmation from the fact of their being found annexed to the Books of the New Testament in so ancient and authentic a manuscript as the Codex Alexandrinus. After many centuries of oblivion, these Epistles were first brought to light by Patrick Young (better known by the Latin name of Patricius Iunius), Keeper of the Royal Library, who in 1633 published them at Oxford; and they have subsequently been often reprinted, particularly by Henry Wotton, in 1718, who professes to have restored the text „a Iunio parum recte descriptum", and by Dr. Jacobson, in 1838, who again collated the original text.

The fragile state of the vellum leaves containing these Epistles, the damage done to them by the injudicious use of galls, and the unavoidable effects of time, which since the edition of Iunius has left its traces on the manuscript, have all combined to render it very desirable to secure so interesting a relic of the ear-

liest Christian antiquity from the risk of further injury or of future accident. With this view, therefore, the Trustees of the British Museum, in compliance with a Memorial presented to them by the Professors of Divinity and others of the Universities of Oxford and Cambridge, have caused a limited number of photographic copies to be executed of these Epistles, by Mr. Roger Fenton; and have thus, it is hoped, given effect to the opinion of the Memorialists, that by so doing, "a very great boon would be conferred on Scholars and Divines".

In the codex Alexandrinus these Epistles occupy eleven leaves of the fourth volume, and are numbered from fol. 159 recto to fol. 169 verso, where the manuscript ends imperfect.

British Museum, October 1856. F. MADDEN.

Liber quaternarius est, foliorum undecim, quorum novem maculis nigris plus minus deformatae sunt, quattuor vero paucis exceptis ad eruendam scripturam adhiberi vix possunt: id quod et ipse quasi *αὐτόπτης* Tischendorfio praecunte testari possum.

III. DE TISCHENDORFII APOTYPOMATE.

Inscriptio haec est:

Appendix codicum celeberrimorum Sinaitici Vaticani Alexandrini cum imitatione ipsorum antiqua manu scriptorum nunc primum edidit Aenoth. Frid. Contantin. Tischendorf. Lipsiae. Giesecke et Devrient. 1867. Forma quaternaria maiore.

De Clementinis vid. p. I sqq. XII sqq. p. 31—52. Pagina extrema exhibet specimen scripturae ipsius effictae, facsimile vulgo dictum.

IV. INDEX BIBLIOGRAPHICUS

FABRICII HARLESII JACOBSONII
post curas continuatus.

A. Editiones.

1633. Oxonii.

ΚΛΗΜΕΝΤΟΣ ΠΡΟΣ ΚΟΡΙΝΘΙΟΥΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΡΩΤΗ.

Clementis ad Corinthios epistola prior.

Ex laceris reliquiis vetustissimi exemplaris Bibliothecae Regiae eruit, lacunas explevit, Latine vertit, et notis brevioribus illustravit

Patricius Iunius Pet. f. Scotobritannus, Sere^mo Britanniarum Fr. et Hib. Regi Carolo à Bibliothecis.

Βασιλεῖ τ' ἀγαθῷ, ἀγαθῶν τε δοτῆρι.

Oxonii, excudebat Iohannes Lichfield, Academiae Typographus, An. Dom. MDCXXXIII.

1637 iterata est haec editio.

Ex codice alexandrino Graeca Clementis litteris quadratis exscribenda esse primo iudicaverat Iunius. Postea vero priorem epistulam edidit addita versione latina notisque inlustratam. Syllabas et voces deperditas et litteras vetustate exesas spatiis accuratissime, ut ipsemet in praefatione profitetur, dimensis supplevit et minio rubro signatas expressit, ut a germano Clementis textu dignosci possent.

Ad calcem libri subiecit epistulae, quam ferunt, posterioris reliquias graece tantum neque notis inlustratas neque interpretatione donatas, nulla cura ad lacunarum supplementa distinguenda adhibita.

De versione sive interpretatione sua haec monet Iunius: „Si in versione nostra eloquii venustatem aut rhetorici sermonis nitorem exspectas frustra fueris; fides, non ornatus aut verborum elegantia nobis prae oculis in hoc negotio erat.“

Textus cum versione continet paginas 76. Adnotatio quam addidit minus quam par erat a quibusdam aestimata esse videtur.

1650. Londini 8. min.

Franciscus Rous, Etonensis Collegii Praepositus, in libro inscripto: Mella Patrum nempe omnium quorum per prima nascentis et patientis ecclesiae tria saecula usque ad pacem sub Constantino divinitus datam scripta prodierunt atque adhuc minus dubiae fidei supersunt versionem Iunianam epistulae prioris exhibuit pag. 1—11 hinc inde pro arbitrio decurtatam locis S. Scriptorum quae profert Clemens tantum non omnibus omissis.

1654. Helmstadii. 4.

Curante Ioach. Io. Madero recusa est Iuniana editio, nisi quod lacunae non minio rubro, sed minoribus litteris notarentur.

Praemisit nonnulla quibus γνησιότης epistularum praecipue contra Voetium, theologiae in academia ultraiectina Professorem, adstruitur. Testimoniis Iunio prolatis accedunt Grotii G. I. Vossii Blondelli Conringii de his Clementis epistulis iudicia. Loco παροραμάτων Iunii pagina integra erratis referta ad calcem voluminis conspicitur.

1669. Oxoniae. A. et L. Lichfield. 12.

Ioannes Fell, aedis Christi Decanus, Episcopus Oxoniensis, „non librum adeo quam strenam meditatus" editionem Iunii quod attinet epistulam priorem denuo repetiit. Versionem hinc inde correxit, veterum testimonia et notas breves subiecit. Quae in codice alex. desiderata in Iunii editione minio distincta erant in unam tabellam sive syllabum ad calcem voluminis congessit.

De altera Felli editione v. ann. 1677.

1671. Parisiis. Fol.

Phil. Labbeus et Gabr. Cossartius, Soc. Jesu Presbyteri, tomo primo SS. Conciliorum ad Regiam editionem exactorum pag. 116—192 utramque Clementis epistulam inseruerunt, priorem quidem cum versione et notis Iunii, posteriorem autem cum versione Vendelini et eiusdem de Clementis atque epistularum tempore divinatione.

1672. Paris. Fol.

Io. Bapt. Cotelerius, Societatis Sorbonicae Theologus, tomo SS. Patrum qui temporibus apostolicis floruerunt textum Clementis primus in capita sive sectiones utilissime distinxit, versionem Iunii emendatam exhibuit pag. 91—125 notasque de suo ad calcem voluminis addidit pag. 81—112.

1677. Oxoniae. e theatro Sheldoniano. 12.

In hac altera Felli editione quae priori praenitet ea quae Iunius minio distinxerat uncinulis includuntur. Capitum distinctionem Cotelerianam adhibuit Fellus, praefationem castigavit, epistulam posteriorem et indicem locorum biblicorum a Clemente laudatorum addidit.

1687. Londini. 8 min.

Paulus Colomesius, Sancroftii Archiepiscopi Cantuariensis Bibliothecarius, epistulam utramque edidit cum versionibus Cotelerii et Vendelini et notulis paucis. Praemittitur Vendelini de Clementis tempore divinatio. Subiciuntur Thomae Brunonis de therapeutis Philonis dissertatio et fasciculus epistolarum singularum a variis viris doctis scriptarum.

1694. Londini.

Repetita Colomesii editio. Quam ignorabant Fabricius et Harlesius.

1698. Antwerp. Tomi II. Fol.

Io. Clericus Genevensis, Amstelodami Philosophiae et SS. Literarum inter Arminianos Professor, Cotelerii editionem recudendam curavit adiectis Iunii Felli Colomesii suisque notis, nonnullis quoque interspersis quae editionis prioris margini manu „adleverat" Eduardus Bernardus S. T. P., astronomiae apud Oxonienses Praelector Savilianus (cuius nomen reticebat Clericus).

Testimoniis veterum a Cotelerio prolatis subiectae sunt epistulae VV. DD. e Maderi libro descriptae cum Maderi prolegomenis.

De altera Clerici editione vid. anno 1724.

1699. Lipsiae. 8 min.

Thomas Ittigius in Bibliotheca Patrum graecolatina utramque Clementis epistulam dedit, Colomesii editione usus, notarum eiusdem spicilegio et versione Coteleriana adiectis. Praemisit eruditam de Patribus apostolicis dissertationem.

1718. Cantabr. 8.

ΑΙ ΤΟΥ ΕΝ ΤΟΙΣ ΑΓΙΟΙΣ ΚΛΗΜΕΝΤΟΣ ΠΡΟΣ ΚΟΡΙΝΘΙΟΥΣ ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ Β'.

Sancti Clementis Romani ad Corinthios epistolae duae.

Expressae ad fidem msti cod. Alexandrini collati cum editione Iunii a Millio et Grabio;

Illustratae notis Iunii et Cotelerii, necnon Iohannis Boisii, olim Canonici Eliensis, non antehac editis.

Cum msto cod. accurate de novo contulit notisque eas inlustravit et textum plurimis locis emendavit; praefationem etiam de usu Patrum praecipue apostolicorum ac dissertationes duas, alteram de divinitus instituto clero, de unitate ecclesiae alteram, praemisit Henricus Wotton, Coll. Sti Ioh. Evan. A. M. etc. Cantabr. typis academicis. 1718.

Opus palmarium, ex quo sequentes omnes editores — tacite haud pauci — eruditionis fructus collegerunt.

Praefatio quae occupat paginas CCXXXII haec Wottoni verba continet: „Cum primum mecum decrevissem novam editionem Sancti Clementis in me suscipere, Grabii Milliique codices, quorum uterque Iunii editionem cum msto cod. quam accurate contulerat, mihi comparavi eorumque collationes ac emendationes ad oram libri mei diligenter adnotavi. Quod cum egissem, manuscriptum codicem quanta fieri potuit diligentia plus quam semel de novo contuli; quem, cum unicus sit manuscriptus codex, usque ad litteras secutus sum; praeterquam in abbreviationibus. — — Ubi vero codex ms. discedit a vulgari scribendi ratione, vel parum recte se habet, veram ac usitatiorem scribendi rationem, ut et lectiones, emendationes et coniecturas Iunii, Boisii, Cotelerii, Felli, Colomesii ac Clerici inter variantes lectiones posui. Plurimis etiam locis textum emendavi et integritati suae restitui, ubi parum recte a Iunio describebatur. Notas etiam adieci. Quae infra positae exhibentur; partim ut textum illustrarem, partim ut malevoli cuiusdam critici obiectionibus contra authentiam epistolae responderem, partim ut citationes ex sacris scripturis cum LXX interpretum aliisque optimae notae versionibus, necnon veritate hebraica conferrem et, quantum possem, inter se conciliarem. Notas etiam Iunii, Cotelerii ac Iohannis Boisii non antehac editas ad finem adieci. Quod si qua in re Boisii notae minus satis faciant, id omne debetur apographo non satis emendato“* — —

* Iohannes Boisius septuagenario iam proximus, iussu Ioannis Williams, Episcopi Lincolniensis, notis illustravit apographum quoddam epistolarum clementinarum vitiis refertum. Jacobson.

Haec Wottonus. Qui tamen — id quod non possumus non mirari — versionis quam addidit neque in inscriptione libri sui neque in prolegomenis mentionem facit. Est autem versio quam dicunt illa a Iunio incepta, a Cotelerio purgata.

Textus Wottoni cum versione occupat paginas 248. A minio distinctis Iunii verbis se abstinuit Wottonus.

1721. Paris. Fol.

Petrus Constantius, Presbyter et monachus O. S. Benedicti e congregatione S. Mauri, in Epistolarum Pontificum Romanorum tomo primo — codemque ultimo — recensionem Cotelerii presse secutus est notis paucis perutilibus adiectis. Clementis epistulae occupant paginas 9—50.

1724. Amstelaedami. Tomi II. Fol.

Hoc anno editionem repetiit Clericus.

Russelio et Gallandio mirum iure videbatur ne minimam quidem mentionem a Clerico factam editionis Wottoni, quam ad manum habuisse vel ex eo constat quod selectiores Boisii adnotationes a Wottono primum editas in hanc amstelodamensem editionem transtulerit. Neque igitur ignorabat Clericus Wottonum notulis Bernardi inurbane forsitan et iniquius respondisse ipsumque Clericum identidem haud immerito castigasse.

In hac editione praeter alia additamenta ad voluminis demum secundi calcem Guilielmi — non Henrici — Burton Boisii et Davisii animadversiones cum suis ipsius dedit Clericus, unde non parum incommodi affertur legentibus quibus in tomo primo epistulae ipsae, in tomo altero notae sint quaerendae.

1742. Basileae. 8.

Epistolae Patrum apostolicorum Clementis Ignatii et Polycarpi cet. cum variorum adnotationibus et praefatione ed. Ioh. Ludov. Frey. Basil. 1742.

Ioh. Lud. Frey, S. Theol. Professor Basileensis, textum ex editione Ittingiana expressit, sed ita ut ad alias castigatas editiones, praecipue ad principem illam a Iunio excusam perpetuo respiceret. Versione prioris epistulae usus est Ittigii, alterius Vendelini.

Wottoni editione in ipsa Clementis epistula edenda uti vix contigit. Cui malo quantum poterat subvenit Antonius Birrius publico specimine Basileae anno 1744 edito, in quo etiam coniecturas haud poenitendas proposuisse dicitur.

1746. Londini. Vol. I. II. 8.

Ricardus Russel A. M. quem edidit librum sic inscriptus est: Patrum apostolicorum Barnabae Hermae Clementis Ignatii opera genuina una cum Ignatii et Polycarpi martyriis — selectisque variorum notis illustrata curavit Rich. Russel. Lond. 1746.

Textui graeco epistulae prioris, in pagina sinistra cum variis scriptionibus collocato, ex adverso respondet versio Cotelerii. Quibus minoribus typis excusa subicitur Patricii Junii interpretatio latina, a Fello recensita, cum Wottonianis variationibus in margine positis. Infra ordine subiciuntur variorum animadversiones. Alterius epistulae interpretationem Cotelerii — non et Vendelini — exhibuit. Ad calcem voluminis primi pleraque subiecit adnotata, e Millii apographo accurate ad codicis alex. fidem exacto descripta. Quae quidem adnotata Wottonum praetermisisse iure miratur Gallandius proleg. p. XII.

Huius editionis exstat censura in Act. Nov. Erud. Lips. a. 1749 mens. Oct.

1765. Venet. Fol.

Andr. Gallandius, Presbyter Congregationis Oratorii, in Bibliotheca veterum patrum antiquorumque scriptorum ecclesiasticorum Clementis reliquias typis consignavit, versione Coteleriana addita et passim immutata. Vid. operis amplissimi et diligentissime elaborati tom. I p. 1—47.

Variorum suisque notis immiscuit emendationes Antonii Birrii supra memoratas.

1780. Fuldae. 8.

Conradi Eberthi editionem sic indicat Hilgenfeldius: Epistola prima S. Clementis episcopi Romani ad Corinthios una cum disquisitione critico-polemica in eandem quam

publica luce donavit Conradus Eberth. Fuldae 1780 (non 1788). 8.

1796. Goettingae. 8.

C. Trg. Go. Schoenemannus Petri Coustantii qui anno 1721 prodiit librum denuo edidit. Interpretationem latinam passim, rarius tamen, quam a Gallandio factum est, correxit notasque paucas interspersit.

1828. Hafniae. Voll. II. 4.

Cl. Fres. Hornemannus, SS. Theol. D. et Professor Havniensis C. O. D., sua Clementis editione monumentum, ut cum Horatio loquamur, aere perennius sibi exegisse non videtur. Jacobsoni enim ex sententia non sine dedecore ipsius et typographi sui edidit librum sic inscriptum: Scripta genuina graecorum patrum apostolicorum graece et latine edidit Cl. Fres. Hornemann. Havniae 1828. Vol. I. II.

In hac editione inest nova epistulae Clementis interpretatio.

Plura qui cupit adeat Rettigii censuram in libello temporario inscripto Theolog. Studien u. Kritiken 1830 p. 920.

1832. Romae.

Vid. versiones italicas, inter quas est A. L. Gratianii (Graziani) cum textu et adnotatione.

1838. Oxonii. Tomi II. 8.

Gulielmus Jacobson, A. M. Aulae B. Mariae Magdalenae Vice-Principalis collegii exoniensis (sic) nuper socius, inter *αὐτόπτας* Clementis editores primo post Wottonum loco iure nominandus est. Quod iam inde efficitur, quod non semel vel bis sed quater edidit Clementem.

Prima — qua sola nobis uti contigit Jacobsoni editio sic inscripta est:

S. Clementis Romani, S. Ignatii, S. Polycarpi, patrum apostolicorum, quae supersunt. Accedunt S. Ignatii et S. Polycarpi martyria. Ad fidem codicum (sic) recensuit, adnotationibus variorum et suis illustravit, indicibus instruxit Gu-

lielmus Jacobson. Tomus I. II. Oxonii e typographeo academico. 1838.

Editio altera prodiit 1840, tertia 1847, quarta 1863.

1839. Tubingae. 8.

Iam nomen det Carolus Iosephus de Hefele, episcopus nunc Rottenburgensis. Patrum apostolicorum opera. Textum ex editionibus praestantissimis repetitum recognovit, annotationibus illustravit, versionem latinam emendatiorem, prolegomena et indices addidit Carolus Josephus Hefele SS. Theol. D. eiusdemque in Acad. Tubing. Prof. P. O. Tubingae 1839.

Carolus Josephus de Hefele, nunc episcopali mitra decoratus, postquam alteram suam editionem anno 1842, anno 1847 tertiam, anno 1855 quartam — qua usi sumus — dedit, iam quintam publici est iuris facturus.

Hefelii editio auditorum praesertim in usum confecta utilissima est et maxime practica.

1840. Oxonii. 8.

Altera Jacobsoni editio.

1842. Tubing. 8.

Hefelii editio II.

1844. Monachii. 12.

Patrum apostolicorum epistolae ad optimarum editionum fidem rec. Fr. X. Reithmayr (theologus catholicus).

1847. Oxonii. 8.

Tertia Jacobsoni editio.

1847. Tubing. 8.

Hefelii editio III.

1855. Tubingae in bibliopolio Henrici Laupp. 8.

Hefelii editio quarta aucta et emendata.

1857. Lips. 8⁰.

Patrum apostolicorum opera ed. A. R. M. Dressel.

De qua v. annum 1863.

1863. Oxonii. 8°.

Jacobsoni ed. IV.

1863. Lips. 8°.

Patrum apostolicorum opera. Textum ad fidem codicum et Graecorum et Latinorum ineditorum copia insignium, adhibitis praestantissimis editionibus, recensuit atque emendavit, notis illustravit, versione Latina passim correcta, prolegomenis, indicibus instruxit Albertus Rud. Max. Dressel. Editio altera aucta supplementis ad Barnabae epistolam et Hermae Pastorem ex Tischendorfiana codicis Sinaitici editione haustis. Lipsiae J. C. Hinrichs, Bibliopola. 1863.

Clementis epistulae insunt paginis 46—117.

1866. Lips. 8.

Adolphus Hilgenfeld, S. S. Theol. D. et Prof. p. o. Ienensis, editorum agmen claudit. Cuius editio sic inscripta est:

Clementis Romani
epistulae.
Edidit, commentario critico et adnotationibus instruxit.
Mosis Assumptionis quae supersunt primum edita et illustrata
addidit
Adolphus Hilgenfeld. Lips. T. O. Weigel. 1866.

Hilgenfeldius, artis criticae magis quam alii respectu ductus, multum novi dedit, optime adiutus a Mauricio Schmidt philologo, cui palmarias aliquot coniecturas acceptas refert; sed et Hilgenfeldius et Schmidtius coniecturarum amore paululum — ut fieri solet — capti fuisse videntur.

B. Versiones.

a. Versiones anglicae.

1647. Londini. 4.

Guilielmus Burton Clementis epistulam interpretatus adnotationem uberrimam addidit.

1693. Londini. 8.

Guilielmus Wake, postea archiepiscopus Cantuariensis,

et Clementis et Barnabae Ignatii Polycarpi epistulas anglice interpretatus est una cum Hermae Pastore.

Iterum Lond. 1710 edita est Wakii versio, deinde Londini 1719, 1737, Mancunii 1799, Lond. 1817, 1833 et anno 1838 Wakaei versionem repetiit Eduardus Bickersteth in libro inscripto The Christian Fathers of the first and second centuries.

1768. Aberdoniae 12.

„The first epistle of Clemens Romanus to the Church at Corinth."

Interpres anonymus versionem suam a Wakaei eo differre profitetur, quod verbum pro verbo reddiderit, neque Clementi vim intulerit, ut ex eius epistula argumenta peteret, quibus ecclesiae anglicanae disciplinam defenderet.

1833. Cantabrigiae. 8.

Temple Chevalier S. F. B. epistulae Clementis versionem Wakaei passim castigatam notulis inlustratam edidit cum Polycarpi et Ignatii epistulis atque apologiis Iustini Martyris et Tertulliani.

b. Versiones gallicae.

1717. Paris. 8. min.

Ouvrages des S. Pères qui ont vécu du tems des apôtres contenans la lettre de S. Barnabé, le Pasteur de S. Hermas, les Lettres de S. Clément, de S. Ignace et de S. Polycarpe, avec des notes.

Quae versio a Grassio, Oratorii sodali, facta exstat etiam in quarto Gallicorum Bibliorum tomo, quae Parisiis eodem anno prodierunt.

1738. Lugd. Bat. Tomi II. 8. min.

Lettres et monumens de trois Pères apostoliques S. Clément évêque de Rome, S. Ignace, S. Polycarpe. Avec la relation du martyre des deux derniers. Le tout traduit fidèlement sur le texte original, avec des remarques et quatre petites dissertations par Abraham Ruchat, M. D. S. E. Professeur en Théol. à Lausanne et Recteur de l'Académie.

c. Versiones italicae.

1798. Venetiis.

Lettere di S. Clemente Papa I tradotte dal Greco e dal Siriaco da D. Gio. Battista Galliccioli. In Venezia. 1798.

1832. Romae.

Lettera di S. Clemente Primo Papa e Martire ai Corinti col testo a fronte volgarizzata e corredata di note critiche e filologiche e di una dissertazione dall' abbate A. L. Graziani. Roma. 1832.

Quas versiones in editione sua pag. XXI citat Dresselius.

d. Versiones belgicae.

Belgica versio Amstelodami anno 1646 et iterum 1656 prodiit. Quae sic inscripta est: Den eersten brief van Clemens geschreven aen de gemeynte van Corinthen. Haerlem by Pieter Casteleyn. 1654. 4.

e. Versiones germanicae.

1696. Francofurti et Lips. 12.

Godofr. Arnold epistulam priorem vertit cum Barnabae epistula.

1710—12. Schiffbecae prope Hamburgum. 4.

Ad calcem bibliorum famosorum schiffbecensium polyglottorum exstant: Novi Testamenti Apocrypha oder etlicher Lehr-Jünger des Herrn und apostolischer Männer Send-Briefe, die vor Alters bei den ersten Kirchen in vielen Gemeinden mit Nutzen gelesen und denen canonischen Schriften mit angehänget worden. Nun zum gemeinen Nutz genauer nach dem Grunde übersehen in Capitel und Verse abgetheilet und diesem Novo Testamento mit beygefügt. Prüfet alles und was gut ist behaltet. Aufgelegt durch Herm. Heinr. Holle Buchdrucker in Wandsbeck bei Hamburg. 1710. 4°.

Iacobsonus errore, opinor, scribit annum 1711 et formam minorem 12. Quod nos descripsimus exemplum adservatur in Bibliotheca publica hamburgensi. Quam versionem fortasse scripsit Ioannes Henr. Reitz. (Cf. Grässe trésor I 379).

1717. Schiffbecae prope Hamburgum. 4.

Apocrypha Novi Testamenti oder gesamlete Denkmale der Apostel Zeit. Schiffbeck. 1717. 4.

1723. Hamburgi. 8.

Ioh. Otto Glüsing vertit et notis inlustravit Clementis epistulam in libro inscripto: Monimenta apostolica der apostolischen Männer Briefe und Schriften. — Nebst einem Anhange biblischer Anmerkungen verdeutscht von I. O. Glüsing.

1817. Oeniponti. 8. min.

R. Unterkircher. Die echten Schriften der apostolischen Väter — — aus der Grundsprache übersetzt und mit Anmerkungen und Bemerkungen versehen.

1825. Vratisl. 8.

Eduard Herzog. Des h. Clemens von Rom Brief an die Korinther und des h. Polycarpus Brief an die Philipper. Aus dem Griechischen übersetzt und mit den nöthigen Anmerkungen versehen. Nebst den Lebensbeschreibungen beider Heiligen.

1830. Tubing. 8.

M. I. Wocher. Die Briefe der apostolischen Väter Clemens und Polykarpus, neu übersetzt und mit Einleitungen und Commentarien versehen von M. I. Wocher, Licentiaten der Theologie und Privatdocenten bei der kath.-theol. Facultät in Tübingen. Nebst einigen Zugaben. Tübingen bei Heinrich Laupp. 1830.

Et versio et adnotatio dignae sunt quae commendentur.

f. Versiones latinae.

Praeter eas quas Junii et Cotelerii curis debemus vetustissimae quoque versiones exstitisse videntur. Ex quibus est illa cuius fragmentulum tantum exstat, quod editum est ab Hilgenfeldio in adnotatione ad cap. XLIII quamque Pitra in Spicilegio Solesmensi T. I p. 293 a Paulina Nolano saeculo V scriptam putat.

g. Versio syriaca.

De hac v. italicam Gallicciolii versionem anni 1798.

C. Commentationes de Clemente eiusque epistula.

1844. Hamburg. Fr. Perthes 8⁰.

Schliemann. Die Clementinen nebst den verwandten Schriften.

1858. Basil. 8.

Schenkel. De ecclesia Corinthia primaeva factionibus perturbata.

1850. Bonnae. 8. maior.

Alb. Ritschl. Die Entstehung der altkatholischen Kirche.

1853. Halae.

Adolphus Hilgenfeld. Die apostolischen Väter. Untersuchungen über Inhalt und Ursprung der unter ihrem Namen erhaltenen Schriften.

1853. Halae. 8.

E. Gundert in libello temporario Zeitschrift für die luth. Theologie 1853 p. 638 sqq.

1854. Viennae.

Nolte, Dr., Presbyter, Arnhemii in Hollandia.

Beiträge zur Textkritik der Briefe des Barnabas, Clemens von Rom, Ignatius, Polycarpus und der Martyr-Acten des Letztern.

Quae commentatio inest in libello temporario inscripto: Zeitschrift für katholische Theologie ed. Scheiner.

1854. Berol.

Lübkert. Die Theologie der apostolischen Väter in übersichtlicher Zusammenstellung.

Quae commentatio inest in Niedneri libello temporario inscripto Zeitschrift für die historische Theologie 1854. p. 589 sqq.

Non possumus quin memoremus quae G. Uhlhornius scripsit in Herzogii encyclopaedia theologica tomo II p. 720 sqq.

1854. Stuttgardiae et Hamburgi. 8. maiore.

1855. Lips. 8.

Richardi Adalberti Lipsii (S. S. Theol. D. et Prof.

p. o. Kiloniensis), de Clementis Romani epistola ad Corinthios priore disquisitio.

1863.

Hoc anno in libello temporario, cui inscriptum est Zeitschrift für die luth. Theologie, p. 416 sqq. dedimus notulas in Clementem inscriptas Zur Kritik des Clemens v. Rom. Cuius tamen scripti partem nunc antiquatam volumus, partem tantum etiam nunc defendimus. Neque enim abicienda videntur quae proposuimus ad cap. XVI 13, cap. XVIII 5, cap. XXXVI 1, XXXVIII 3, XLV 8, LIX 1.

V. DE EDITIONE NOSTRA.

Iam iuvat, quid nos hac nostra editione novi in medium proferre ausi sumus, brevi in conspectu ponere.

Loci quos coniecturis sanare conabamur hi sunt.

Cap. II 1. *ἐστερεωμένοι* pro *εστερνισμενοι*.

Cap. II 4. *συνείξεως* pro *συνειδησεως*.

Cap. V 2. *ἕως θανάτου ἔπαθον*.

Cap. V 5. *βραβεῖον ὑπέδειξεν*.

Cap. VII 2. *τῆς τοῦ θεοῦ κλήσεως ἡμῶν*.

Cap. VII 3. *κατανοήσωμεν*.

Cap. VII 3. *καὶ τί προσδεκτὸν* scripsimus ex sententia Tischendorfii.

Cap. XIII 3. *εἰς τὸ πορεύεσθαι*. Ita etiam Tischendorfius scribendum coniecit.

Cap. XII 3. *ὑπηκόους ἡμᾶς ὄντας*.

Cap. XIV 5. *εἶδον τὸν ἀσεβῆ*.

Cap. XVI 13. *καὶ ἐν τοῖς ἀνόμοις*.

Cap. XVII 4. *αὐτοῦ ἐπὶ τῆς γῆς*.

Cap. XXI 7. *ἀποδειξάσθωσαν*.

Cap. XXII *κυκλώσει. ἀμήν*.

Cap. XXIII 1. *εἰς φοβουμένους*.

Cap. XXIV scripsimus *ἡ νὺξ ἐπέρχεται*.

Cap. XXVII 7. *ἡμέρᾳ τῇ ἡμέρᾳ* non *ἡ ἡμέρα*.

Cap. XXXII 4. *πάντας τοὺς πιστοὺς ἀπ' αἰῶνος*.

Cap. XXXIII 3. *συντάξει* coniecit Tischendorfius.

Cap. XXXV 5. *φιλοφθονίαν* effecimus ex *φιλοξενίαν*.

Cap. XLV 3. *οὐχ εὑρήσετε*.

Cap. XLV 8. *ἔγγραφοι* pro *επαφροι* scribendum coniecimus.

Cap. LIII 1. *ἀγάγετε*. Haec est coniectura Tischendorfii.

Cap. LVI 16. *παιδεύει εἰς τὸ*.

Quas coniecturas ut adsequeremur omnes lacunas in exemplo photographico exstantes accuratissime emensi sumus.

Praeterea nos locos aliquot rectius quam adhuc factum est interpretatos et contra coniecturas tuitos esse putamus. Attendas quaeso ad hos locos:

Cap. I 1. *πάρ' ὑμῖν*.

Cap. III 4. *πολιτεύεσθαι τῷ Χριστῷ*.

Cap. IV 4. *ὀρθῶς δὲ μὴ διέλῃς*; et q. s.

Cap. VI 2. *Δαναΐδες καὶ Δίρκαι*.

Cap. XIX 1. *τὸ ὑποδεές*.

Cap. XLIV 2. *ἐπινομήν*.

Cap. LI *διά τινος τῶν τοῦ ἀντικειμένου*.

Denique id quoque egimus, ut formas quas dicunt alexandrinas reponeremus, uti *ἐδίδετο*, *οἰκτειρμούς*, *συνελήμφθην*, *ἀλαζονία* alias.

Capitibus singulis a Cotelerio primo constitutis nos versus quoque s. sectiones capitum addidimus.

Versioni latinae et quod ad latinitatem et quod ad sensum attinet emendandae omnem quam par erat operam navavimus.

Scriptiones varias quas textui subiunximus maximam partem ex Tischendorfii apotypomate hausimus, non neglecta tamen aliorum *αὐτοπτῶν* auctoritate. Interstitia singularum lectionum — quarum puncta singula litteris elapsis respondent — photographico praesertim exemplo desumpsimus.

Restat ut addamus, nos et uncinos verborum contextui lacunarum causa insertos et nimiam commatum multitudinem quibus foedari solet textus, ut elegantiae simul et commoditati consuleremus omisisse et diminuisse. Ipsas tamen lacunas in scriptionibus variis earumque complures bis ad amussim descripsimus et explicuimus.

VI. TESTIMONIA

VETERUM DE CLEMENTE ROMANO, COLLECTA A JUNIO, WOTTONO, HILGENFELDIO.

S. PAULUS.

Epistula ad Philipp. IV 3.

— *ναὶ ἐρωτῶ καὶ σέ, γνήσιε Σύνζυγε, συλλαμβάνου αὐταῖς, αἵτινες ἐν τῷ εὐαγγελίῳ συνήθλησάν μοι, μετὰ καὶ Κλήμεντος*... De hoc loco exposuimus in libello temporario luth. 1865 p. 1 sqq.

HERMAE

Pastor visio II 4.

Μετέπειτα δὲ ὅρασιν εἶδον ἐν τῷ οἴκῳ μου· ἦλθεν ἡ πρεσβυτέρα καὶ ἠρώτησέ με, εἰ ἤδη τὸ βιβλίον ἔδωκα τοῖς πρώτοις. Ἠρνησάμην δεδωκέναι. Καλῶς, φησί, πεποίηκας· ἔχω γὰρ ῥήματα προσθῆναι. Ὅταν οὖν ἀποτελέσω τὰ ῥήματα πάντα, διὰ σοῦ γνωσθήσονται τοῖς ἐκλεκτοῖς πᾶσι. Γράψεις οὖν δύο βιβλιδάρια, καὶ πέμψεις ἓν Κλήμεντι καὶ ἓν Γραπτῇ. Πέμψει οὖν Κλήμης εἰς τὰς ἔξω πόλεις· ἐκείνῳ γὰρ ἐπιγέγραπται· Γραπτὴ δὲ νουθετήσει τὰς χήρας καὶ τοὺς ὀρφανούς.

Post haec autem visionem vidi in domo mea, et venit illa anus, et interrogavit me, si iam libellum dedissem senioribus. Et respondi: Adhuc non. Ac illa dixit: Bene fecisti, habeo enim quaedam verba adicere tibi. Cum autem consummavero omnia verba, aperte scientur ab electis. Scribe ergo duos libellos, et mittes unum Clementi et unum Graptae. Mittet autem Clemens in extersa civitates; illi enim permissum est. Grapte autem commonebit viduas et orphanos.

Haec verba et Hefelius et Theodorus Zahn ad Clementem Romanum referunt, sed hic ita ut inter annos 97 et 100, ille ut serius scripta censeat. Cohaeret haec quaestio cum ea de tempore et rationibus canonis Muratorii. Vid. Theod. Zahn Der Hirt des Hermas. Gotha 1868.

DIONYSIUS CORINTHIUS.

Ab Hilgenfeldio citatur Dionysii *πρὸς Ῥωμαίους ἐπιστολή, ἐπισκόπῳ τῷ τότε Σωτῆρι* (167—175) *προσφωνοῦσα*, teste Eusebio

H. E. IV 23, 11 *καὶ τῆς Κλήμεντος πρὸς Κορινθίους μέμνηται ἐπιστολῆς.* Scripsit enim Dionysius: *τὴν σήμερον οὖν κυριακὴν ἁγίαν ἡμέραν διηγάγομεν, ἐν ᾗ ἀνέγνωμεν ὑμῶν τὴν ἐπιστολήν, ἣν ἕξομεν ἀεί ποτε ἀναγινώσκοντες νουθετεῖσθαι ὡς καὶ τὴν προτέραν ἡμῖν διὰ Κλήμεντος γραφεῖσαν.*

HEGESIPPUS.

Eadem fere cum Dionysio Corinthio aetate etiam Hegesippus non tantum Clemente vivente vel episcopo Corinthiorum seditionem accidisse retulit — apud Euseb. H. E. III 16 — sed etiam *περὶ τῆς Κλήμεντος πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῆς* locutus addidit, Corinthiam ecclesiam hac epistula accepta mansisse *ἐν τῷ ὀρθῷ λόγῳ μέχρι Πρίμου ἐπισκοπεύοντος ἐν Κορίνθῳ* (apud Eusebium H. E. IV 22, 1. 2).

HILGENFELD.

IGNATIUS.

Epistula ad Trallenses.

Τί δὲ διάκονοι ἀλλ' ἢ μιμηταὶ τῶν ἀγγελικῶν δυνάμεων; λειτουργοῦντες αὐτῷ λειτουργίαν καθαρὰν καὶ ἄμωμον, ὡς Στέφανος ὁ ἅγιος Ἰακώβῳ τῷ μακαρίῳ καὶ Τιμόθεος καὶ Λῖνος Παύλῳ καὶ Ἀνάκλητος καὶ Κλήμης Πέτρῳ.

JUNIUS.

Idem ad Philadelphienses.

Ὀναίμην ὑμῶν τῆς ἁγιωσύνης, ὡς Ἠλίᾳ, ὡς Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ, ὡς Μελχισεδὲκ, ὡς Ἐλισαίου, ὡς Ἱερεμίου, ὡς τοῦ βαπτιστοῦ Ἰωάννου, ὡς τοῦ ἠγαπημένου μαθητοῦ, ὡς Τιμοθέου, ὡς Τίτου, ὡς Εὐοδίου, ὡς Κλήμεντος τῶν ἐν ἁγνείᾳ ἐξελθόντων τὸν βίον.

POLYCARPUS.

S. Polycarpus saepe Clementis epistula usus esse videtur Wottono, Hefelio, aliis. Cf. Hefelii prolegomena p. XXIV.

IRENAEUS.

Irenaeus adv. haer. III 3 3 (graece apud Euseb. H. E. V 6, 3 et Nicephorum H. E. IV 15) scripsit: *Θεμελιώσαντες οὖν καὶ οἰκοδομήσαντες οἱ μακάριοι ἀπόστολοι τὴν ἐκκλησίαν Λίνῳ τὴν τῆς ἐπισκο-*

πῆς λειτουργίαν ἐνεχείρισαν· τούτου τοῦ Λίνου Παῦλος ἐν ταῖς πρὸς Τιμόθεον ἐπιστολαῖς μέμνηται· διαδέχεται δὲ αὐτὸν Ἀνέγκλητος· μετὰ τοῦτον δὲ τρίτῳ τόπῳ ἀπὸ τῶν ἀποστόλων τὴν ἐπισκοπὴν κληροῦται Κλήμης, ὁ καὶ ἑωρακὼς τοὺς μακαρίους ἀποστόλους καὶ συμβεβηκὼς αὐτοῖς· καὶ ἔτι ἔναυλον τὸ κήρυγμα τῶν ἀποστόλων καὶ τὴν παράδοσιν πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχων οὐ μόνος· ἔτι γὰρ πολλοὶ ὑπελείποντο τότε ὑπὸ τῶν ἀποστόλων δεδιδαγμένοι. Ἐπὶ τούτου οὖν Κλήμεντος στάσεως οὐκ ὀλίγης τοῖς ἐν Κορίνθῳ γενομένης ἀδελφοῖς ἐπέστειλεν ἡ ἐν Ῥώμῃ ἐκκλησία ἱκανωτάτην γραφὴν τοῖς Κορινθίοις, εἰς εἰρήνην συμβιβάζουσα αὐτούς, καὶ ἀνανεοῦσα τὴν πίστιν αὐτῶν καὶ ἣν νεωστὶ ἀπὸ τῶν ἀποστόλων παράδοσιν εἰλήφει.

CLEMENS ALEXANDRINUS.

Clemens Alexandrinus Clementem Romanum saepissime et citat et describit.

TERTULLIANUS.

Tertullianus de resurr. carn. c. 12. 13 Clementis ep. c. 24 et 25 usus esse videtur.

HILGENFELD.

ORIGENES.

Origenes Clementis epistulam priorem valde aestimavit. Qui de princ. II 3, 6 (Opp. I 82 sq.) haec habet: Meminit sane Clemens, apostolorum discipulus, etiam eorum quos *ἀντίχθονας* Graeci vocant et q. s.

Eundem locum etiam Select. in Ezech. VIII 3 (Opp. III 422) respexit Origenes.

Idem in Ioan. tomo VI 36 (Opp. IV 153) sic laudavit Clementem: *οὐκ ἀλόγως πιστεύσας ταῖς ἱστορίαις ὁ πιστὸς Κλήμης, ὑπὸ Παύλου μαρτυρούμενος.* (Phil. IV 3).

HILGENFELD.

Item contra Celsum Tom. II.

Καὶ Κλήμης δὲ ὁ Ῥωμαῖος Πέτρου ἀποστόλου μαθήτης συνῳδὰ τούτοις ἐν τῷ παρόντι προβλήματι πρὸς τὸν πατέρα ἐν Λαοδικείᾳ εἰπὼν φησί· et q. s.

EUSEBIUS CAESARIENSIS.

H. E. III 12.

Δωδεκάτῳ δὲ ἔτει τῆς αὐτῆς ἡγεμονίας, τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας Ἀνέγκλητον ἔτεσιν ἐπισκοπεύσαντα δεκαδύο διαδέχεται Κλήμης, ὃν συνεργὸν ἑαυτοῦ γενέσθαι Φιλιππησίοις ἐπιστέλλων ὁ ἀπόστολος διδάσκει λέγων· μετὰ καὶ Κλήμεντος καὶ τῶν λοιπῶν συνεργῶν μου, ὧν τὰ ὀνόματα ἐν βίβλῳ ζωῆς. τούτου δὴ οὖν ὁμολογουμένη μία ἐπιστολὴ φέρεται μεγάλη τε καὶ θαυμασία, ἣν ὡς ἀπὸ τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας τῇ Κορινθίων διετυπώσατο, στάσεως τηνικάδε κατὰ τὴν Κόρινθον γενομένης· ταύτην δὲ καὶ ἐν πλείσταις ἐκκλησίαις ἐπὶ τοῦ κοινοῦ δεδημοσιουμένην πάλαι τε καὶ καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς ἔγνωμεν· καὶ ὅτι γε κατὰ τὸν δηλούμενον τὰ τῆς Κορινθίων κεκίνητο στάσεως, ἀξιόχρεως μάρτυς ὁ Ἡγήσιππος.

Idem l. III c. 32.

Ὥσπερ οὖν ἀμέλει τοῦ Ἰγνατίου ἐν αἷς κατελεξάμην ἐπιστολαῖς καὶ τοῦ Κλήμεντος ἐν ἀνομολογημένῃ παρὰ πᾶσιν, ἣν ἐκ προσώπου τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας τῇ Κορινθίων διετυπώσατο, ἐν ᾗ τῆς πρὸς Ἑβραίους πολλὰ νοήματα παραθεὶς ἤδη δὲ καὶ αὐτολεξεὶ ῥητοῖς τισιν ἐξ αὐτῆς χρησάμενος σαφέστατα παρίστησιν ὅτι μὴ νεὸν ὑπάρχει τὸ σύγγραμμα et q. s.

ATHANASIUS.

Disp. contra Arium in Nicaena.

Ἄρειος εἶπεν· οὕτως ἔχει· σὺ δὲ τί φῄς με ἀΐδιον συντίθεσθαι τὸ θεῖον; οὐκ ἐπηκροάσω ποτὲ Κλήμεντος τοῦ παρακολουθήσαντος Πέτρῳ τῷ ἀποστόλῳ, ὅς καθαιρεῖ τὴν τοιαύτην δόξαν;

Junius. Wotton.

BASILIUS.

De Spiritu Sancto ad Amphilochium.

Εἰρηναῖος ἐκεῖνος καὶ Κλήμης ὁ Ῥωμαῖος καὶ Διονύσιος ὁ Ῥωμαῖος καὶ ὁ Ἀλεξανδρεὺς ὁ Διονύσιος — et paullo infra: *ἀλλὰ καὶ ὁ Κλήμης ἀρχαϊκότερος· Ζῇ, φησίν, ὁ θεὸς καὶ ὁ κύριος...*

CYRILLUS.

Hierosol. catechesi 18.

Ἤδει θεὸς τὴν ἀπιστίαν τῶν ἀνθρώπων, καὶ ὄρνεον εἰς τοῦτο κατειργάσατο, φοίνικα οὕτω καλούμενον ὡς γράφει Κλήμης et q. s.

JUNIUS. WOTTON.

OPTATUS MILEVITANUS l. II.

Ergo cathedra unica, quae est prima de dotibus, sedit prior Petrus, cui successit Linus. Lino successit Clemens.

EPIPHANIUS.

Adversus Carpocrasios l. I.

Ἐν Ῥώμῃ γὰρ γεγόνασι πρῶτοι Πέτρος καὶ Παῦλος, οἱ ἀπόστολοι αὐτοὶ καὶ ἐπίσκοποι, εἶτα Λῖνος, εἶτα Κλήμης et q. s.

Idem contra Ebionitas.

Χρῶνται δὲ καὶ ἄλλαις τισὶ βίβλοις δῆθεν ταῖς περιόδοις καλουμέναις Πέτρου, ταῖς διὰ Κλήμεντος γραφείσαις, νοθεύσαντες μὲν τὰ ἐν αὐταῖς, ὀλίγα δὲ ἀληθινὰ ἐάσαντες, ὡς αὐτὸς Κλήμης αὐτοὺς κατὰ πάντα ἐλέγχει ἀφ' ὧν ἔγραψεν ἐπιστολῶν ἐγκυκλίων τῶν ἐν ταῖς ἁγίαις ἐκκλησίαις ἀναγινωσκομένων, ὅτι ἄλλον ἔχει χαρακτῆρα ἡ ἑαυτοῦ πίστις καὶ ὁ λόγος παρὰ τὰ ὑπὸ τούτων εἰς ὄνομα αὐτοῦ ἐν ταῖς περιόδοις νενοθευμένα. Αὐτὸς γὰρ παρθενίαν διδάσκει, καὶ αὐτοὶ οὐ δέχονται· αὐτὸς γὰρ ἐγκωμιάζει Ἠλίαν καὶ Δαβὶδ, καὶ Σαμψὼν καὶ πάντας τοὺς προφήτας, οὓς οὗτοι βδελύττονται.

RUFINUS.

De adulteratione librorum Origenis.

Clemens, apostolorum discipulus, qui romanae ecclesiae post apostolos et episcopus et martyr praefuit, libros edidit qui graece appellantur *ἀναγνωρισμός* i. e. recognitio, in quibus cum ex persona Petri apostoli doctrina quasi vere apostolica in quamplurimis exponatur, in aliquibus ita Eunomii dogma scribitur, ut nihil aliud quam ipse Eunomius disputare credatur. Et q. s.

JUNIUS.

HIERONYMUS.

Catalogus scriptorum ecclesiasticorum.

Clemens, de quo apostolus Paulus ad Philippenses scribens ait: cum Clemente et ceteris cooperatoribus meis, quorum nomina scripta in libro vitae: quartus post Petrum romanus episcopus. Siquidem secundus Linus fuit et tertius Anacletus, tametsi plerique Latinorum secundum post Petrum apostolum putent fuisse Clementem. Scripsit ex persona romanae ecclesiae ad ecclesiam Corinthiorum valde utilem epistolam, quae et in nonnullis locis publice legitur, quae mihi videtur characteri epistolae, quae sub Pauli nomine ad Hebraeos fertur, convenire. Sed et multis de eadem epistola non solum sensibus, sed iuxta verborum quoque ordinem abutitur: omnino grandis in utraque similitudo est. Fertur et secunda eius nomine epistola quae a veteribus reprobatur. Et disputatio Petri et Appionis longo sermone conscripta, quam Eusebius in tertio historiae ecclesiasticae volumine coarguit. — Obiit tertio Traiani anno, et nominis eius memoriam usque hodie Romae exstructa ecclesia custodit.

Idem libro primo adversus Jovianum.

Ad hos et Clemens, successor apostoli Petri, cuius Paulus apostolus meminit, scribit epistolas omnemque paene sermonem suum de virginitatis puritate contexuit, et deinceps multi apostolici et martyres et illustres tam sanctitate quam eloquentia viri, quos ex propriis scriptis nosse perfacile est.

Idem in Esaiae cap. 52.

De quo et Clemens, vir apostolicus, qui post Petrum romanam rexit ecclesiam, scribit ad Corinthios: Sceptrum Dei, Dominus Jesus Christus, et q. s.

Idem in quartum caput epistulae ad Ephesios.

Cuius rei et Clemens ad Corinthios testis est, scribens: Vinculum caritatis Dei quis poterit enarrare? —

Et supra in commentariis ad secundum caput.

Quaerimus quoque quid sit, in quibus aliquando ambulastis secundum saeculum mundi huius: utrumnam et aliud saeculum

sit, quod non pertineat ad mundum istum, sed ad mundos alios, de quibus et Clemens in epistola sua scribit: Oceanus et mundi qui trans ipsum sunt.

JUSTINUS.

Eadem fere cum Hieronymo aetate Pseudo-Justinus in quaestionibus ad orthodoxos (resp. ad quaest. 74) prioris epistulae locum in codice deperditum nobis conservavit addens: *καθώς φησιν ὁ μακάριος Κλήμης ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῇ.*

HILGENFELD.

AUGUSTINUS epist. 165.

Petro enim successit Linus, Lino Clemens.

EUCHERIUS LUGDUNENSIS

De contemptu mundi.

Clemens, vetusta prosapia senatorum atque etiam ex stirpe Caesarum omniumque liberalium artium peritissimus, ad hanc iustorum viam transiit itaque etiam in ea excellenter effloruit, ut principi quoque apostolorum successor exstiterit.

IUNIUS.

Ivo Carnotensis in chronico.

Huius praeterea Caesaris Domitiani anno quarto apud Alexandriam Aniano qui Marco successerat successit Abilius. — In romana sede eadem tempestate Cleto papae Clemens successit. Iste est Clemens papa sapientissimus atque sanctissimus, qui magnificos viros in Galliis ad collocandum destinavit dominicae fidei fundamentum: Lugdunensibus Fotinum, Narbone Paulum, Turonis Gratianum, Cenomannis Julianum et alios, per quos per illas regiones fidei doctrina profecit et immensae multitudinis populus ab idolorum cultura recessit.

Idem postea.

Traiani praeterea tempore tertius in christianos persecutionis impetus ebullivit, unde Clemens papa romanus in mare praecipitatus est; ubi in templo Domini divinitus praeparato manibus angelicis decenter meruit tumulari. IUNIUS.

ZONARAS

Annalium tomo II.

Τῷ δωδεκάτῳ δ' ἔτει τῆς ἡγεμονίας αὐτοῦ (Domitiani) *τελευτήσαντος Ἀνακλήτου Κλήμης τὴν ἀρχιερωσύνην τῆς Ῥώμης παρέλαβε τρίτος ταύτης χρηματισθεὶς ἐπίσκοπος κατὰ τὸν Εὐσέβιον.*

IUNIUS.

HUGO DE S. VICTORE.

Qui in chronico suo eadem scribit quae Ivo, cuius Iunio teste est deflorator. IUNIUS.

NICEPHORUS CALLISTUS.

Libro III c. 18.

Κατ' ἐκεῖνο δὲ καιροῦ ἔτι Κλήμης ἐν Ῥώμῃ διέπρεπε, πρὸς δὲ καὶ Ἰγνάτιος τὴν Ἀντιόχου διεῖπε· Παπίας δὲ ἦν ἐν Ἱεραπόλει συγγράφων, Παγκράτιος τε καὶ ὁ τῆς Σμυρναίων πρόεδρος Πολύκαρπος· ὧν οἱ μὲν Πέτρου, Πολύκαρπος δὲ τοῦ ἐπιστηθίου ἦσαν ὁμιληταί. τούτων ὁ μὲν Κλήμης Ῥωμαῖος ἄνωθεν ἦν καὶ τῇ βασιλικῇ φυλῇ κατὰ γένος προσῆκεν, Φαύστου τινος καὶ Ματθιθίας υἱός. παντοίᾳ δὲ παιδείᾳ ἑλληνικῇ συντραφεὶς καὶ πᾶσαν τὴν τῶν ὄντων γνῶσιν εἰς ἄκρον ἀσκήσας καὶ τῷ κορυφαίῳ τῶν ἀποστόλων περιτυχὼν καὶ τὸ κατὰ Χριστὸν μυστήριον μυηθεὶς κηρύττει τὸ εὐαγγέλιον, ἀπειθῶν δ' οὖν τοῖς ἐντελλομένοις Τραιανῷ ὑπερόριος ἐκ Ῥώμης εἴς τινα πόλιν τῇ Χερσῶνι προσκειμένην ἔρημον πάντη καὶ αὐχμηρὰν γίνεται πολλοῖς δὲ δεινοῖς διὰ τὴν εἰς Χριστὸν ὁμολογίαν ὠμιληκὼς ὕστερον ἀγκύρᾳ σιδηρᾷ τοῦ τραχήλου ἐξαρτηθείσῃ τῷ τῆς θαλάσσης βυθῷ ἀπορρίπτεται.

Et paulo infra:

Ὁμολογουμένην μὲν οὖν τούτου ἐπιστολὴν Εὐσέβιος ἱστορεῖ ὁ Παμφίλου μεγάλην τε καὶ ἀξίαν πολλοῦ θαύματος· ἣν ὡς ἀπὸ τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας δημοσιουμένην εἶναι· ἐν ᾗ καὶ πολλὰ νοήματα ἐκ τῆς πρὸς Ἑβραίους τοῦ ἀποστόλου Παύλου χρῆται ἐπιστολῆς· καὶ ἄλλη καὶ αὐτοῦ φέρεται ἐπιστολὴ τῆς προτέρας κατὰ πολὺ ἀποδέουσα et q. s.

GUILIELMUS DE NANGIS MONACHUS S. DIONYSII.

Chronicon ms.:

Quartus ecclesiae romanae praefuit Clemens natione Romanus. Hic ex praecepto beati Petri apostoli suscepit ecclesiae pontificatum gubernandi, sicut ei fuerat a Domino Iesu Christo tradita vel commissa: cessit tamen Lino et Cleto, qui ante eum scribuntur, eo quod ab ipso principe apostolorum fuerant ad sacerdotale ministerium habendum episcopi ordinati. Hic Clemens septem regiones divisit notariis fidelibus ecclesiae, qui gesta martyrum sollicite et curiose, unusquisque per regionem suam, diligenter perquirerent. Scripsit autem duas epistolas quae catholicae nominantur.

Iunius.

ALBERTUS STADENSIS.

Chronicon:

Clemens primus natione Romanus, patre Faustino, de Caelio monte, sedit annis 9 mensibus 2 diebus 10 temporibus Domitiani Nervae et Traiani. Hic fecit 7 regiones dividi notariis ecclesiae, qui gesta martyrum scriberent, unusquisque in sua regione. Hic quamvis a beato Petro esset electus, tamen coëgit Linum et Cletum ante se pontificari, et ita est primus post Petrum, tertius vero per gradum. VIII Cal. Decemb. martyrio coronatur. Papatus cessavit diebus XX.

Iunius.

DE ANNO QUO EPISTULAM AD CORINTHIOS SCRIPSERIT CLEMENS.

De anno quo epistulam dederit Clemens valde inter se dissentiunt VV. DD. Sunt enim qui Neronis, sunt plures qui Domitiani, sunt etiam qui Hadriani temporibus eam adsignent. Nos anno p. Ch. n. XCVI, paulo post mortem imperatoris Domitiani, qui obiit die XVIII m. Septembris, Clementem scripsisse censemus. Quam nostram sententiam diximus et defendimus his locis: pag. 4 nota 7 ad cap. I 1; pag. 16 nota 1 ad cap. V 1; pag. 22 nota 6 ad cap. VI 4; pag. 84 sq. nota 3 ad cap. XL 1; pag. 85 nota 5 ad cap. XL 5;

pag. 86 nota 2 ad cap. XLI 2; pag. 91 nota 11 ad cap. XLIV 3; pag. 98 nota 8 ad cap. XLVII 6.

Verba in hac re primaria sunt quae leguntur cap. XLVII 6: *τὴν βεβαιοτάτην καὶ ἀρχαίαν Κορινθίων ἐκκλησίαν*, quippe quae ostendant se non anno 68, sed 96 scripta esse. Cum enim Corinthiorum ecclesiam anno 53 constitutam esse inter omnes constet, apparet eandem iam anno 68 *βεβαιοτάτην καὶ ἀρχαίαν* dici non potuisse.

Hunc annum 68 primus in medium protulit Hugo Grotius. Quem secuti sunt Doduellus Grabius Wottonus Gallandius Hefelius Wieselerus Schenkelius (De ecclesia corinthia primaeva factionibus turbata. Bas. 1838). Hefelio nos locis modo citatis opposuimus; unum tantum eius argumentum restat ut refellere conemur. Monet enim cum Orsio Hefelius „Clementem, si post Domitianeam persecutionem scripsisset, martyrii S. Ioannis Evangelistae necessario debuisse mentionem inire.“ (Vid. Istor. eccl. T. I p. 412 in Gallandii Bibl. T. I proleg. p. XIX). Atvero S. Ioannes Evangelista non ante annum 96, sed anno 101, quod sciam, obiit; id quod inter lutheranos certe theologos constare videtur. Cf. O. Gerlachii Novum Testamentum Germanicum I, XIV et F. Weber Einleitung in die h. Schriften Alten und Neuen Testamentes S. 110. I. H. Kurtz Lehrbuch der Kirchengesch. § 7 S. 35 sq. Denique cf. Ebrardum in Herzogii encyclopaedia hac de re erudite disputantem. Qui inter alia citat haec Irenaei (haer. III 3. 4 ap. Eus. IV 14 cf. Eus. III 23) verba: *ἀλλὰ καὶ ἡ ἐν Ἐφέσῳ ἐκκλησία ὑπὸ Παύλου μὲν τεθεμελιωμένη, Ἰωάννου δὲ παραμείνοντος αὐτοῖς μέχρι τοῦ Τραϊανοῦ χρόνων, μάρτυς ἐστι τῆς ἀποστόλων παραδώσεως.* Denique Hieronymus vir. ill. 9 S. Ioannem 68 annis post Iesum Christum obiisse tradit, i. e. anno 101 aer. Dion. Vid. Ebrard in vol. VI Herzogii encycl. p. 727. Hilgenfeldius epistulam ad Corinthios post annum 93 scriptam esse vult. „Nam, inquit, inde ab illo anno devicta L. Antonii Saturnini rebellione Domitianus in bonos quosque saevire et tyrannum se aperte ostendere coepit. Idem imperator, qui anno 93 exeunte philosophos persecutus est, neque Christianis tanquam philosophorum similibus pepercisse videtur. Itaque Romani Christiani c. I *τὰς αἰφνιδίους καὶ ἐπαλλήλους γενομένας ἡμῖν συμφορὰς καὶ περιπτώσεις* memorare potuerunt.“ Cui responde-

mus: Cum Flavium Clementem et alios Christianos Hilgenfeldio ipso referente etiam anno 96 ineunte interfecti sint, haec ipsa Domitiani persecutio cum iis quae cap. I 1 legimus non solum componenda, sed ex eadem etiam id efficiendum esse videtur, verba illa totamque epistulam post peractam demum persecutionem scribere potuisse Clementem. Ita tantum verbis *ἐπιστροφὴν πεποιηκέναι* ius suum reddi putamus.

Domitiani aetati primus Clementis epistulam attribuit Iunius. Cuius in sententiam ivit longum virorum agmen, quorum heic nomina ponimus: Tillemontius. Cotelerius. Lumperus. Bleekius. Tholuckius. Neander. Schliemannus. Gieselerus (H. E. I 147). Bunsenius (Ignatius u. seine Zeit p. 95). A. Ritschelius (Geschichte der altkatholischen Kirche p. 286). C. R. Koestlinus. Reussius (Geschichte der h. Schriften Neuen Testaments. 2. Ausg. p. 224). Gundertus. Ecco Ekker (Disquisitio critica et historica de Clementis Romani priore ad Corinthios epistola. Traiecti ad Rh. 1854 p. 93 sq.). R. A. Lipsius (De Clementis Romani epistola ad Corinthios priore disquisitio. Lips. 1855. p. 136 sq.). Rothius. Inter quos nobis quidem prae omnibus palmam meruisse videtur E. Gundertus. Vid. Rudelbach u. Guericke. Zeitschrift für die gesammte luth. Theologie u. Kirche. 14. Jahrg. 1853. Leipzig pag. 638—658. E. Gundert. Der erste Brief des Clemens Romanus an die Corinther. Erster Artikel. In una tantum re cum Gunderto non sentimus: ille enim anno 95 v. 96 paulo ante, nos paulo post obitum Domitiani Clementem scripsisse suspicamur. Sed hoc parum refert.

Qui nobiscum annum 96 retinent, nituntur Eusebii Pamphili minime contemnenda auctoritate. Eusebius enim in Hist. Eccl. III 2, 13. 15. 34 anno 92 s. 91 usque ad annum 99 s. 100 Clementem Romae episcopum fuisse tradit. Qui quanquam in Chronicis alios annos dat, videlicet a. 91—100, quin Lipsii ex sententia a. 87—94, tamen hoc nihil refert, cum Lipsius demonstrarit, Historiam Ecclesiasticam post Chronica scriptam illis maiori esse auctoritate. Vid. R. A. Lipsius: Chronologie der röm. Päpste bis zur Mitte des 4. Jahrh. p. 39 et eiusdem disquisitionem: Abhandlung über die Papstverzeichnisse des Eusebius in indice schol. universitatis Kilon. a. 1869 p. 12

Accedit quod cum Eusebio consentit ecclesiae romanae traditio, cui quanquam sum Lutheranae addictus fidei, libenter tamen obtempero. Nam Calendarium Status Romani Clementem I anno 91 Pontificem electum esse profitetur, sic: Linus a. 66, Cletus a. 80, Clemens I a. 91. Eundem ordinem exhibet Canon S. Missae, ex quo sacerdos missam legens quotidie: „Memento, inquit, Domine famulorum famularumque Tuarum — pro quibus Tibi offerimus communicantes et memoriam venerantes — inprimis gl. virg. Mariae sed et beatorum Apostolorum ac Martyrum — — Thadaei: Lini, Cleti, Clementis. Vid. Missale rom. Ingolst. 1624 p. 270.

Cf. etiam Breviarium Romanum, quod die XXIII m. Novembris continet vitam Clementis, quam etsi poeticam magis quam historicam non possumus non habere, tamen non sine voluptate legimus. Vid. Breviarium Rom. Pars autumnalis. Campidoni 1753 p. 440 sqq.

ADDITAMENTUM.

De accentibus.

Restat ut quam curam encliticis impenderimus lecturos certiores faciamus. *Ἔγκλισιν* omisimus ubi, ut cap. XII 5 *μέ*, cap. XVIII 4 *σοῦ*, pronomen propter sensum sono efferendum erat. Verbum *ἐστιν* non semper *ἄτονον*, sed interdum *ὀξύτονον*, interdum etiam *παροξύτονον* esse putavimus. Binis encliticis concurrentibus secuti sumus Carolum Henricum Adelbertum Lipsium, secundam non sine accentu suo scribentes. Ita v. c. cap. XVIII 3 dedimus *ἐνώπιον μου ἐστὶν*, non quod vulgo habent, *ἐνώπιόν μου ἐστιν*. Vid. Lipsium grammatische Untersuchungen über die biblische Graecität p. 50 sq. Barytona non ante comma quodque, sed tantummodo verbis parenthetice positis in orthotona mutanda duximus, ut *ἀδελφοί*, *ἄνδρες ἀδελφοί* in adlocutione.

Prolegomena haec expedituri accipimus novissimam Clementis editionem inscriptam: S. Clement of Rome. The two epistles to the Corinthians. A revised text with introduction and notes. By J. B. Lightfoot. London and Cambridge. 1869. Qua nobis uti non licuit.

CLEMENTIS

ROMANI

EPISTULA AD CORINTHIOS.

ΚΛΗΜΕΝΤΟΣ

ΠΡΟΣ ΚΟΡΙΝΘΙΟΥΣ Α'.

Ἡ ἐκκλησία[1] τοῦ θεοῦ ἡ παροικοῦσα Ῥώμην[2] τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ θεοῦ τῇ παροικούσῃ[3] Κόρινθον, κλητοῖς ἡγιασμένοις[4] ἐν θελήματι θεοῦ[5] διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ[6].

Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ παντοκράτορος θεοῦ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ πληθυνθείη.

ΚΕΦ. Α'.

1 Διὰ τὰς[7] αἰφνιδίους καὶ ἐπαλλήλους γενομένας ἡμῖν[8]

Inscriptio libri: — κορινθιους ᾱ.

Introitus epistulae: ..... σια. — παροικουσα ..... τη. — πα ..... ση. — ηγι ..... οις. — του .... ων. — ιῡχῡ ..... μιν. — παντο ..... ρος. —

CAP. I. 1. ..... αιφνιδιους. 1. επαλληλους ..... ενας.

De inscriptione epistulae, cuius nulla nisi quae supra indicavimus vestigia exstant, in prolegomenis ad Appendicem codicum p. XIV haec dicit Tischendorfius: „Minime credibile est nil nisi προς κορινθιους ᾱ fuisse inscriptum. Spatii vero ratio omnino adiuvat eum qui

κλημεντος προς κορινθιους ᾱ

scriptum esse statuat. Quod quo evidentius appareat, spatium ante κορινθιους litteris κλημεντος προς explendum est, neque tamen neglegendum — id quod litterae superstites probant — paulo minoribus formis inscriptionem quam primum epistulae versum uti, quem pariter atque eum quo altera epistula inchoatur minio scriptum fuisse existimo. Non est quod addam του αγιου κλημεντος προς κορινθιους ᾱ edentes sine dubio auctoritate codicis destitui". Tischendorfii igitur codicisque auctoritatem secuti non solum πρὸς κορινθίους ᾱ, sed Κλήμεντος πρὸς Κορινθίους ᾱ scripsimus, invito tantum animo addentes numerum ᾱ, cum unam tantum Clementis epistulam exstare persuasum habeamus.

1) Ἡ ἐκκλη]σία τοῦ θεοῦ]. Ita hunc locum in editione principe primus restituit *Patricius Iunius*: iubente quidem sensu, concedente spatii ratione. Unius enim — id quod iam statim et semel dictum volumus — digiti sive linearum duodecim mensurae parisiensis spatium capit codicis alexandrini litteras plus minus octo. Quare cum hoc loco exstet spatium vacuum linearum novem, sequitur periisse litteras sex, videlicet η εκκλη. Sed notandum legem modo dictam ad ineuntes potius versus pertinere, ad exeuntes minus; hi enim minoribus passim litteris exarati sunt.

CLEMENTIS

EPISTULA AD CORINTHIOS I.

Ecclesia Dei quae Romae peregrinatur Ecclesiae Dei quae Corinthi peregrinatur, vocatis sanctificatis voluntate divina per Dominum nostrum Iesum Christum.

Gratia vobis et pax ab omnipotente Deo per Iesum Christum augeatur.

CAP. I.

Propter subitas et continuo se excipientes calamitates et 1

---

2) *Ῥώμην*] Hoc vocabulum, quod cum schedula abscissa periit, primus restituit Iunius. Irenaeus III, III. 3. p. 176 ed. Bened. ab ecclesia quae est Romae hanc epistulam scriptam esse dicit. Sic quoque Clemens Al. Strom. V. § XII. p. 693 ed. Potter. Et Eusebius H. E. III 16.

3) *τῇ πα[ροικοί]σῃ*] Vocabulum a Iunio primo restitutum. Ad sensum cf. Hebr. XI 13. Luc. XXIV 18. Inscriptionem quoque graecam a Iunio in adnotatione editam perlustrasse iuvabit.

4) *κλητοῖς ἡγι[ασμέν]οις*] Similiter S. Paulus I. Cor. I 1. 2. loquitur.

5) *ἐν θελήματι θεοῦ*] Cf. Rom. I 10.

6) *διὰ τοῦ [κυρίου ἡμ]ῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ*] Ita primus scripsit *Iunius* (qui et voc. *παντοκράτορος* reposuit). Codex ante lacunam ortam habuit: *διατουκῡημωνιῡχῡ. κῡ* est *κυρίου*, *ιῡχῡ ἰησοῦ χριστοῦ*.

7) [*Διὰ τὰς*] *αἰφνιδίους καὶ ἐπαλλήλους [γενομ]ένας ἡμῖν συμφορὰς καὶ [περ]ιπτώσεις*] Ad hunc locum haec adnotavit Jacobsonus: Ad hanc lectionem procul dubio veram quam proxime coniectando accessit *ὁ πάνυ Pearsonus*. Vindic. Ignat. Part. II cap. 3. Cuius coniecturam a Colomesio probatam in contextum recepit Wottonus. Litterae autem illae duae vel tres, quas damno h. l. codici casu vel vetustate illato se vix dignoscere potuisse questus est editor Cantabrigiensis, mihi saepius et summa qua potui cura codicem inspicienti oculis nudis et armatis manifestae tandem visae sunt *αιφ* et certissime cod. ms. totam vocem *αιφνηδιους* usque adhuc exhibet, Η pro Ι posito, quae quidem frequens est mutatio. — Tischendorfii *ἀποτύπωμα* cum reliquis omnibus editionibus exhibet *αιφνιδιους* tanquam ipsius codicis alexandrini scriptionem. Iunius legit *πληθυνθείη ἐφ' ὑμῶν ἰδίους καὶ ἐπ' ἀλλήλους...*, adeo ut finita salutatione epistula incipiat a verbis *Διὰ γενομένας*. Ioannes Boisius primus *διὰ αἰφνιδίους*, Henricus Wottonus *διὰ τὰς αἰφνιδίους* scribendum esse censuerunt. — Ad

συμφορὰς[9] *καὶ περιπτώσεις, ἀδελφοί, βράδιον*[10] *νομίζομεν*[11] *ἐπιστροφὴν πεποιηκέναι περὶ τῶν ἐπιζητουμένων παρ' ὑμῖν πραγμάτων,*[12] *ἀγαπητοί, τῆς τε ἀλλοτρίας καὶ ξένης*[13] *τοῖς ἐκλεκ-*

---

1. *και .... πτωσεις.* 1. ... *ιζομεν.* 1. *πεποιη ... αι.* 1. *επιζητουμενων.. ρυμων.* 1. *αγαπητοι . ης.* 1. *ξενοις.* quod confirmat Tischendorfius.

sensum autem quod attinet verba haec sunt ex iis quae satis lucide ostendant non Neronis, sed Domitiani tempora hic indicari, et non anno 68, sed 96 Clementis Romani ad Corinthios epistulam scriptam esse. Licet enim concedamus voc. *αἰφνιδίους* etiam Neronis ad incendium optime trahi posse, tamen et capitolii quod Domitiano imperante accidit incendium, et fulmina illorum temporum prope continua cum vocabulo illo bene componi posse videntur. Et praeterea — id quod maximum — alii haud pauci Clementis loci exstant ex quibus non anno 68, sed serius epistulam nostram scriptam esse certissime efficiatur. De quibus videas quae et a Gunderto in libello temporario lutherano anni 1853 p. 638 sqq. et a nobis infra passim in notis dicta sunt. Nota praesertim vocabulum *ἀρχείαν* cap. XLVII 6. Iam id tantum agimus ut demonstremus verba *αἰφνιδίους — περιπτώσεις* spectare ad tempora Domitiani. Componas, quaeso, cum vocabulis *αἰφνιδίους* et *ἐπαλλήλους* haec Suetonii:

> Continuis octo mensibus tot fulgura facta nuntiataque sunt ut Domitianus exclamaverit: „Feriat iam quem volet!" Tactum de caelo capitolium templumque Flaviae gentis. et q. s. (Suet. Dom. XV.)

Tacitus (in vita Agricolae c. 44) memorat postremum Domitiani tempus, quo

> non iam per intervalla ac spiramenta temporum, sed continuo (*ἐπαλλήλους*!) vel velut uno ictu remp. exhauserit Domitianus.

Verbis autem *συμφορὰς καὶ περιπτώσεις* innuuntur primum martyria Flavii Clementis, Ancilii Glabrionis, Flaviae Domitillae, deinde quae legimus apud Suetonium Domitiani cap. XII:

> Bona vivorum ac mortuorum usquequaque quolibet et accusatore et crimine corripiebantur. Satis erat obici qualecumque factum dictumque adversus maiestatem principis. Confiscabantur alienissimae hereditates, vel uno exsistente qui diceret audisse ex defuncto, cum viveret, heredem sibi Caesarem esse. *Praeter ceteros iudaicus fiscus acerbissime actus est: ad quem deferebantur qui vel improfessi iudaicam viverent vitam, vel dissimulata origine imposita genti tributa non pependissent.*

Iudaeos apud ethnicos eosdem fere cum christianis esse vix est quod dicamus. Denique patet tyrannum in dies atrocius saevientem facinoribus suis — quorum multa ab ethnicis scriptoribus relata non esse quis miretur? — Christianorum animos adsiduo et continuo metu ita captos tenuisse et obstrictos ut suas tantum res curantes Corinthiorum desideria et angustias neglegerent.

8) *ἡμῖν*] i. e. Romanis, non Clementi, quasi sit pluralis maiestaticus: nam Romanorum tantum, non suo nomine scribit Clemens.

9) *συμφορὰς*] De tempore harum calamitatum satis sit ex acervo sententiarum a VV. DD. prolatarum nonnullas breviter recensere. Et primum quidem falsus est Gulielmus Burton in

casus adversos qui nobis acciderunt tardius, fratres, animum advertimus ad res apud vos, dilecti, desideratas, et ad seditionem impiam ac detestandam, Dei electis peregrinam et alienam, quam pauci homines temerarii et audaces in tantum amentiae accen-

---

eo quod putaverit universam antiquitatem de tempore quo haec scripta fuerit epistola prorsus tacuisse; scriptor enim omnium antiquissimus, Hegesippus, diserte posuit dissensionem corinthiacam intra quinque ultimos Domitiani imperii annos (sc. anno Domini 92—96), uti testatur Eusebius H. E. III, 15 16. JACOBSON.

10) *βράδιον*] Errant qui putant Clementem hoc loco quia „tardius" scripserit excusatione uti. Romani enim, quorum nomine scribit, verentur ne litterae quas ad Corinthios dederunt serius Corinthum veniant quam quod iis etiam usui esse possint.

11) [*νομ*]*ίζομεν*] Iam inter omnes editores *αὐτόπτας* constat litteras *ιζομεν* in ipso adhuc codice legi; Iunius tamen, qui primum *νομίζομεν* scribendum esse duxerat, „cum diligentius postea et oculis accuratioribus exemplar intueretur et vestigium minutissimum *τοῦ ο* ante *ι* cerneret, *δυσοίζομεν* reponere non dubitavit." Contra quem Wottonus: „Quam accurate, inquit, hoc loco Iunius manuscriptum sit intuitus, ipse nescio; mihi quam accurate eum inspicienti nihil huius modi visum fuit, neque Millio, qui et ipse contulit et in suo codice hoc loco haec observavit: „Imo vero in ms. codice neutiquam certo deprehendas *ο*, sed obscurum nescio quid quod aeque sit pars litterae *μ*." Certe in voce *νομίζομεν* postea *μ* et *ο* parum admodum differunt, ita ut facile credam ex vestigio litterae quod occurrit collato cum *μ* in voce *νομίζομεν* pag. 35 editionis Iunianae etiam et hanc legi debere *νομιζομεν*." — Sequatur Jacobsonus, qui: „Codex, inquit, ms. adhuc exhibet partem dexteram litterae *μ*, et lacuna non est plurium quam trium litterarum." Tischendorfius denique in Append. codd. p. XVIII haec adnotat: „*νομ*]*ιζομεν*: spatio certe statis aptum." De spatio igitur non est quaerendum amplius. Sed et de sententia verbi *νομίζομεν* satis liquent omnia. Est enim verbum illud Clementi familiarissimum: cf. indicem verborum et notam praecedentem; non excusatur Clementis tarditas, sed serum nimis tempus iudicatur et metuitur, ne iam inutilis facta sit epistula.

12) *περὶ τῶν ἐπιζητουμένων* [*πα*]*ρ' ὑμῖν πραγμάτων*] Mirum profecto est omnes interpretes cum Cotelerio verba *παρ' ὑμῖν* vertisse „*a vobis*", cum non *παρ' ὑμῶν* scriptum sit, sed *παρ' ὑμῖν*. *παρ' ὑμῖν* est *apud vos, in coetu vestro*, ut Col. IV 16, ut taceam quae hoc ipso Clementis capite versu 3 sequuntur: *τοῖς παρ' ὑμῖν πρεσβυτέροις*. Verbum *ἐπιζητουμένων* non est interrogare, sed desiderare, expetere, ut legitur in NT. e. c. Matth. XII 39. Phil. IV 17. Quamobrem ex hoc certe loco non sequitur Corinthios ad Romanos epistulam misisse cui hac nostra respondeatur. Accedit quod etiam infra cap. XVII 6. 7 *ἀκούεται* legitur et *ἀκοή*, epistularum nulla mentione facta. Quod si quaerat quispiam, quaenam desiderarint Corinthii, citamus c. XLVII 6. 7. c. XLIV 3. Corinthii rerum novarum studiosi instituta ecclesiae impugnabant.

13) *ξένης*] Absurdam codicis scriptionem *ξένοις* a Millio defensam esse miramur.

τοῖς τοῦ θεοῦ, μιαρᾶς καὶ ἀνοσίου στάσεως[14] ἣν ὀλίγα πρόσ-
ωπα[15] προπετῆ καὶ αὐθάδη ὑπάρχοντα[16] εἰς τοσοῦτον ἀπονοίας
ἐξέκαυσαν ὥστε τὸ σεμνὸν[17] καὶ περιβόητον καὶ πᾶσιν ἀνθρώ-
2 ποις ἀξιαγάπητον ὄνομα ὑμῶν μεγάλως βλασφημηθῆναι. τίς[18] γὰρ
παρεπιδημήσας πρὸς ὑμᾶς τὴν πανάρετον καὶ βεβαίαν ὑμῶν πίστιν
οὐκ ἐδοκίμασεν; τήν τε σώφρονα καὶ ἐπιεικῆ ἐν Χριστῷ[19] εὐσέ-
βειαν οὐκ ἐθαύμασεν; καί τὸ μεγαλοπρεπὲς τῆς φιλοξενίας ὑμῶν
ἦθος οὐκ ἐκήρυξεν; καί τὴν τελείαν καὶ ἀσφαλῆν[20] γνῶσιν οὐκ
3 ἐμακάρισεν; ἀπροσωπολήμπτως[21] γὰρ πάντα ἐποιεῖτε καὶ ἐν τοῖς
νόμοις[22] τοῦ θεοῦ ἐπορεύεσθε ὑποτασσόμενοι τοῖς ἡγουμένοις[23]
ὑμῶν καὶ τιμὴν τὴν καθήκουσαν ἀπονέμοντες τοῖς παρ' ὑμῖν
πρεσβυτέροις·[24] νέοις τε μέτρια καὶ σεμνὰ νοεῖν ἐπετρέπετε·
γυναιξίν τε ἐν ἀμώμῳ καὶ σεμνῇ καὶ ἁγνῇ συνειδήσει πάντα ἐπι-
τελεῖν παρηγγέλλετε στεργούσας[25] καθηκόντως τοὺς ἄνδρας ἑαυ-
τῶν· ἔν τε τῷ κανόνι τῆς ὑποταγῆς ὑπαρχούσας[26] τὰ κατὰ τὸν
οἶκον σεμνῶς οἰκουρεῖν[27] ἐδιδάσκετε πάνυ σωφρονούσας.

---

2. υμωνπιστιν. 2. επιεικηνχω. 2. ασφαλην.
3. απροσωπολημπτως. 3. εποιειται. 3. και τοις νομοις. 3. πορευεσθαι. quod confirmat Tischendorfius. 3. καθικουσαν. 3. οικουργειν.

14) στάσεως] Cf. c. XLVII. Hanc seditionem memorant Eusebius H. E. III 16, IV 22, 1. 2. Georgius Syncellus chronogr. p. 344 ed. Paris. Photius Bibl. cod. 126. Quos locos iam alii multi citarunt.

15) ὀλίγα πρόσωπα] Cap. XLVII 6 ἓν ἢ δύο πρόσωπα memorantur. Jacobsonus confert II Cor. 1, 11 et Ignatii epistulam ad Magnes. § 6.

16) ὑπάρχοντα] Verbum pleonastice positum, sed quo maxime delectatur Clemens: vid. ind. verb.

17) τὸ σεμνόν] cf. XLVII 5.

18) τίς γὰρ — τοῦ θεοῦ ἐπορεύεσθε] Hoc loco usus est Clemens Alex. Strom. IV. c. 17. p. 160 edit. Pott. Hefele.

19) ἐπιεικῆ ἐν Χριστῷ] Cod. habet επιεικηνχω. Quod inde ortum est quia librarius ex επιεικηενχω alexandrino loquendi usu seductus ἐπιεικῆν pro ἐπιεικῆ a Clemente positum esse opinabatur.

20) ἀσφαλῆν] Clementem, epistulae ad Hebraeos acerrimum imitatorem, hanc formam quam in ep. ad Hebr. VI 19 et Lachmannus recepit et Tischendorfius, hoc quoque loco alexandrino ex usu usurpasse censemus eamque Tischendorfii e consilio recepimus. Cf. Al. Buttmann Grammatik des neutest. Sprachgebrauchs p. 12 ad § 44.

21) ἀπροσωπολήμπτως] Ita codex, qui haud paucas alexandrinas quas dicunt verborum formas exhibet. Vid. Al. Buttmann. grammaticam N. T. p. 54.

22) ἐν τοῖς νόμοις] Praepositionem in codice elapsam iam Wottonus restituit, recte quidem: cf. III 3 τοῖς νομίμοις et Luc. I 6. Omnes tamen a Wot-

derunt ut honorificum et illustre nomen vestrum et ab omnibus amari dignum ignominia magna afficeretur. Quis enim apud 2 vos deversatus omni virtute plenam firmamque ac stabilem fidem vestram non probavit? sobriamque et moderatam in Christo pietatem non est admiratus? et splendidos ac liberales hospitalitatis vestrae mores non praedicavit? et perfectam certamque cognitionem vestram non beatam existimavit? Omnia 3 enim nulla habita personae ratione a vobis agebantur et Dei legibus parebatis, praepositis vestris subditi et seniores qui sunt inter vos debito honore prosequentes. Iuvenibus ut moderata et honesta sectarentur mandabatis; mulieribus in inculpabili, honesta et casta conscientia omnia peragere iubebatis, diligentes maritos suos, prout officium postulat, et obedientiae legem servantes res domesticas cum gravitate administrantes tueri docebatis, omnino honeste se gerentes.

---

tono inde editores ex *νόμοις*, quod codex habet, faciunt *νομίμοις*, quia Wottonus pluralem *νόμοις* hoc sensu usurpari posse negat. Deesse enim Novo Testamento. Atvero legimus in epistula illa Clementi familiarissima ad Hebr. VIII 10 et X 16. *νόμους μου*, quae verba sumpta sunt ex Ierem. XXXVIII (31) 33. Quod cum ita sit, nihil mutandum et vocabulo *νόμοις* ius suum ab omnibus editoribus ei detractum reddendum duximus.

23) *τοῖς ἡγουμένοις*] Cum quod statim sequitur vocabulum *πρεσβυτέροις* a vocabulo *νέοις* excipiatur — id quod etiam infra c. XXI 1 factum esse videmus — sequitur *ἡγουμένους* hoc loco esse magistratus ecclesiasticos sive presbyteros, quales memorantur Act. XX 17 I Tim. V 17 Tit. I 5. *Ἡγούμενοι* autem vario sensu dicuntur apud Clementem vel magistratus civiles, uti V 7, vel bellici, duces, ut XXXII 2; XXXVII 2. 3; LI 3; LV 1.

24) *τοῖς παρ' ἡμῖν πρεσβυτέροις*] *Πρεσβύτεροι* h. l. seniores sunt, oppositi *νέοις*, non presbyteri: cf. I Petr. V 5. Vid. notam praecedentem.

25) *στεργούσας*] Similia, ut monent editores, reperies apud S. Polycarpum ep. ad Phil. c. IV.

26) *ἓν τε τῷ κανόνι τῆς ὑποταγῆς ὑπαρχούσας*] Si hic scriptum esset: *τάς τε ἐν κανόνι τῆς ὑποταγῆς ὑπαρχούσας*, dicerentur quidem — quod Wottonus vult — ancillae: nunc autem sunt matronae quarum et amor et obedientia erga maritos laudatur. Neque erat quod his verbis scriptionem *οἰκουργεῖν* versu exeunte tueretur Wottonus.

27) *οἰκουρεῖν*] Haec est egregia Ioannis Boisii coniectura. Cod. habet *οἰκουργεῖν*, quod non solum in lexicis non reperitur, sed etiam ideo non convenit quia, cum ante dictum sit *τὰς γυναῖκας πάντα ἐπιτελεῖν*, bis idem diceretur. Denique servarum erat, non matronarum domi opus facere, e. g. domum purgare, cibos

ΚΕΦ. Β'.

1 Πάντες τε ἐταπεινοφρονεῖτε, μηδὲν ἀλαζονευόμενοι, ὑπο-
τασσόμενοι μᾶλλον ἢ ὑποτάσσοντες,[1] ἥδιον διδόντες ἢ λαμβάνον-
τες·[2] τοῖς ἐφοδίοις[3] τοῦ θεοῦ ἀρκούμενοι καὶ προσέχοντες τοὺς
λόγους[4] αὐτοῦ ἐπιμελῶς ἐστερεωμένοι[5] ἤτε τοῖς σπλάγχνοις, καὶ
2 τὰ παθήματα[6] αὐτοῦ ἦν πρὸ ὀφθαλμῶν ὑμῶν. οὕτως εἰρήνη
βαθεῖα[7] καὶ λιπαρὰ ἐδίδετο[8] πᾶσιν, καὶ ἀκόρεστος πόθος εἰς ἀγα-
θοποιΐαν καὶ πλήρης πνεύματος ἁγίου ἔκχυσις ἐπὶ πάντας ἐγίνετο.
3 μεστοί τε ὁσίας βουλῆς ἐν ἀγαθῇ προθυμίᾳ μετ' εὐσεβοῦς πεποι-
θήσεως ἐξετείνατε τὰς χεῖρας ὑμῶν πρὸς τὸν παντοκράτορα θεόν,
4 ἱκετεύοντες αὐτὸν ἵλεων[9] γενέσθαι, εἴ τι ἄκοντες ἡμάρτετε. ἀγὼν
ἦν ὑμῖν ἡμέρας τε καὶ νυκτὸς ὑπὲρ πάσης τῆς ἀδελφότητος εἰς τὸ

CAP. II. 1. υποτασ.οντες. 1. λαμβα.οντες. 1. αρ.ουμενοι. 1. εστερνισμενοι. 2. λειπαρα. 2. εδεδετο. 3. πεποιηθησεως. quod confirmat Tischendorfius. 3. ιλεως. 4. ελαιους

coquere; οἰκουρεῖν autem vere ingenuae est uxoris et matrisfamilias quae viro obediens domi remaneat res domesticas administrans et custodiens. Neque neglegendum est quod monet Junius: in codice alex. etiam epistulae ad Titum c. II v. 5 exhiberi οικουργους pro οικουρους.

CAP. II. 1. ὑποτασσόμενοι μᾶλλον ἢ ὑποτάσσοντες] Cf. I Petr. V 5. Eph. V 21. Hefele.

2) λαμβάνοντες] Iam Iunius monuit Clementem h. l. ante oculos habere Act. XX 35.

3) τοῖς ἐφοδίοις τοῦ θεοῦ ἀρκούμενοι] Forte doctrinam salutis ex sacris scripturis haustam intelligit, ut Basilius ad Meletium ep. 56 ὠφέλιμα δίδύγματα ἢ ἐφόδια πρός τε τὸν ἐνεστῶτα αἰῶνα καὶ τὸν μέλλοντα. Sic Cyrillus Hierosol. catech ν. vult catechumenos suos fidem in cordibus insculptam habere καὶ ἐπ' αὐτῆς λέξεως μνημονεῦσαι, i. e. verba ipsa symboli mente et memoria tenere καὶ ἐφόδιον ἔχειν ἐν παντὶ τῷ χρόνῳ τῆς ζωῆς. Vel potius τὰ βιωτικά, ad victum necessaria, τῶν ἐφοδίων nomine intellegenda sunt, ut Paulus I Tim. VI 8 et Hebr. XIII 5. Iunius. — In prooemio constitt. apost., ubi ad hunc locum allusisse eius operis auctorem coniicit Pearsonus Vindic. Ignat. p. 63, ὡπλισμένοι διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ respondent his vocibus: τοῖς ἐφοδίοις τ. θ. α.; et recte, nisi fallor, ista ἐφόδια interpretatur Wottonus: commeatus et apparatus quibus opus est in militia nostra christiana. Jacobson.

4) καὶ προσέχοντες τοὺς λόγους] Verbum προσέχοντες arcte cohaeret cum sequente substantivo τοὺς λόγους. Quod cum accusativo obiecti construi docuit iam Iunius, a Clerico quem citant editores iniuria neglectus. Quae enim Clericus tantummodo dicit, demonstrat Iunius, citans Iesaiae I 10 προσέχετε νόμον θεοῦ, et v. 23: καὶ κρίσιν χηρῶν οὐ προσέχοντες. Errant igitur qui verbum προσέχοντες cum τοῖς ἐφοδίοις coniungunt.

5) ἐστερεωμένοι ἤτε τοῖς σπλάγ-

CAP. II.

Omnes humili animo eratis, nulla re gloriantes, aliis subiecti 1
potius quam alios vobis subicientes, lubentius dantes quam accipientes. Dei viatico contenti et ad verba eius diligenter attendentes firmati eratis corde eiusque passionem ante oculos habebatis. Sic alta et abundans pax cum inexplebili benefaciendi desiderio 2
omnibus data fuit; plena etiam super omnes Spiritus Sancti effusio facta est; sanctaque voluntate pleni sincera animi alacritate cum 3
pia confidentia manus vestras ad Deum omnipotentem extendistis, supplicantes ei, ut esset erga vos animo propitio, si quid inviti peccassetis. Diu noctuque luctabamini pro universa fraternitate, 4
ut numerum electorum Dei misericordia ducti cum indulgentia

χνοις] Codex habet ἐστερνισμένοι. Quod qui retinent, τοὺς λόγους cum verbis ἐστερνισμένοι ἤτε τοῖς σπλάγχνοις ita conectunt ut verbum ἐστερνισμένοι sensu inculcandi vel recondendi accipiant. Sed verbum στερνίζεσθαι in tota graecitate non exsistit, et si exsisteret, ad id quod sequitur, τοῖς σπλάγχνοις, vix quadraret. Quid enim στέρνῳ *pectori* commune est cum σπλάγχνοις *visceribus*? Quod etiam Hilgenfeldio obiecerim qui ἐνστερνισμένοι scripsit. Quare nos coniectura opus esse putantes ἐστερεωμένοι dedimus. Ad sensum quod attinet vid. versionem a nobis mutatam, et de verbo cf. I Regum II 1 et Act. III 7. 16. XVI 5.

6) παθήματα αὐτοῦ] Quanquam h. l. θεοῦ supplendum esse concedamus, tamen ne patripassianismi accusemur non timemus. Etenim Dominus noster Iesus Christus per communicationem idiomatum non solum tanquam homo, sed etiam tanquam Deus passus est. Et recte hic Gal. III 1 citat Hefelius, Episcopus Rottenburgensis, qui suos delegat ad Möhlerum Athanasii I 6 et Godofr. Lumperum hist. theol. crit. I p. 65. Quibus nos addimus lutheranos auctores: Henr. Schmid. Die Dogmatik der evang. lutherischen Kirche. 4. Aufl. pag. 235. Qui citat Gerhardum locorum III 472 et Chemnitium de duabus naturis 69. Nulli igitur dubitamus reiicere lunii coniecturam μαθήματα, quae cum praecedente προσέχοντες τοὺς λόγους ita congrueret ut bis idem diceret Clemens.

7) εἰρήνη βαθεῖα] Imperatoribus Antonino et Commodo de οἰκουμένης εἰρήνῃ βαθείᾳ gratulatur Athenagoras Legat. § 1. Cf. Euseb. H. E. I, 2.

Jacobson.

8) ἐδίδετο] Cum sequatur ἐγίνετο, non ἐγένετο, hoc quoque loco imperfectum alexandrinum ex eo quod liber ms. exhibet εδεδετο effecimus. Plusquamperfecto ἐδέδοτο, quod vulgo editur, contradicit et ipsum quod memoravimus imperfectum ἐγίνετο. De forma ἐδίδετο cf. Al. Buttmann p. 41.

9) αὐτὸν ἵλεων γενέσθαι] In codice est ιλεως. Quod qui cum Wottono pro adverbio sumunt, logicae repugnant. Qui enim ἱλέως γίνεται, hilari ratione fit: quod absurdum est. Nec quae excogitarunt argumenta firma sunt. In

σώζεσθαι μετ' ἐλέους καὶ συνείξεως[10] τὸν ἀριθμὸν τῶν ἐκλεκτῶν
5 αὐτοῦ. εἰλικρινεῖς καὶ ἀκέραιοι ἦτε καὶ ἀμνησίκακοι[11] εἰς ἀλλήλους.
6 πᾶσα στάσις καὶ πᾶν σχίσμα βδελυκτὸν ὑμῖν· ἐπὶ τοῖς παραπτώ-
μασιν τῶν[12] πλησίον ἐπενθεῖτε· τὰ ὑστερήματα αὐτῶν ἴδια ἐκρί-
7 νετε. ἀμεταμέλητοι ἦτε ἐπὶ πάσῃ ἀγαθοποιΐᾳ, ἕτοιμοι[13] εἰς πᾶν
8 ἔργον ἀγαθόν. τῇ παναρέτῳ[14] καὶ σεβασμίῳ πολιτείᾳ κεκοσμη-
μένοι πάντα ἐν τῷ φόβῳ αὐτοῦ[15] ἐπετελεῖτε· τὰ προστάγματα
καὶ τὰ δικαιώματα τοῦ κυρίου ἐπὶ τὰ πλάτη τῆς καρδίας ὑμῶν
ἐγέγραπτο.[16]

ΚΕΦ. Γ'.

1 Πᾶσα δόξα καὶ πλατυσμὸς[1] ἐδόθη ὑμῖν, καὶ ἐπετελέσθη τὸ γε-
γραμμένον·[2] ,ἔφαγεν καὶ ἔπιεν καὶ ἐπλατύνθη καὶ ἐπαχύν-
2 θη καὶ ἀπελάκτισεν[3] ὁ ἠγαπημένος.' ἐκ τούτου ζῆλος καὶ
φθόνος καὶ ἔρις καὶ στάσις, διωγμὸς καὶ ἀκαταστασία, πόλεμος καὶ
3 αἰχμαλωσία. οὕτως ἐπηγέρθησαν οἱ ἄτιμοι[4] ἐπὶ τοὺς ἐντίμους, οἱ
ἄδοξοι ἐπὶ τοὺς ἐνδόξους, οἱ ἄφρονες ἐπὶ τοὺς φρονίμους, οἱ νέοι

---

5. ακερεοι. 5. αμαμνησικοι. quod primus invenit Tischendorfius: vid. append. codd. p. XIII s. XVIII. 7. παραπτωμασιν. 8. αιτοιμοι. 9. επετελειται.
CAP. III. 1. δοθη. 1. απεγαλακτισεν.

epistula ad Hebr. VIII 12 legitur quidem ἵλεως ἔσομαι, sed nemo negat hoc esse ἵλεως s. ἵλαρος ἔσομαι, et iam tironibus notum est ἵλεως esse atticam formam adiectivi ἵλαος = ἱλαρός. Altero autem loco qui citatur II Mcc. VII 37 in Tischendorfii certe editione legitur ἐπικαλούμενος τὸν θεὸν ἵλεων ταχὺ τῷ ἔθνει γενέσθαι; ita ut hoc ipsum argumentum in usum nostrum convertentes veterem Iunii coniecturam restituerimus. Et cf. quos Wilkius in lexico N. T. citat Ierem. 38 (31) 34 ἵλεως ἔσομαι. 43 (36) 3 ἵλεως ἔσομαι III Regum VIII 38 ἵλεως ἔσῃ. II Chron. VI 25 et 27 ἵλεος ἔσῃ. Denique cf ipsum Clementem infra XLVIII 1 ἵλεως γενόμενος scribentem, ubi nullus editorum ἱλέως scripsit.

10) συνείξεως] Codex habet συνειδήσεως. Quod cum non sit religio (nostrum Gewissenhaftigkeit, Anglorum conscientiousness), sed nihil nisi *conscientia*, retineri nequit. Etenim librarium dormitantem vocabulum apud Clementem usitatissimum cum rariore συνείξεως confudisse coniicimus. Ad sensum quod attinet Corinthii misericordia erga fratres commoti eos cum indulgentia et accommodatione ad ea quae fratres ethnicorum more sentirent docuisse et ad Deum vocasse hoc loco dicuntur. Alii coniectaverunt συναισθήσεως συναιτήσεως συνδέσεως συνευδοκήσεως.

11) ἀμνησίκακοι] Tischendorfius primus vidit in ipso codice exstare αμαμνησικακοι, non αναμνησικακοι, quod omnes adhuc αὐτόπται tradiderunt. Librarius igitur hic quoque — quod facere

servare studeretis. Sinceri et simplices eratis atque iniuriarum 5
invicem immemores. Seditionem omnem et dissensionem abomi- 6
nabamini; proximorum delicta lugebatis; illorum defectus vestros
censebatis. Benefacti nullius poenitebat vos; ‚ad omne bonum 7
opus paratos.' Ornati virtutum plena et veneranda vitae ratione 8
omnia in timore eius peragebatis; mandata et praecepta Domini
in latitudine cordis vestri scripta erant.

CAP. III.

Omnis honor et dilatatio vobis data est, et scriptum illud im- 1
pletum est: ‚edit, bibit, elatus factus est et crassus et re-
calcitravit dilectus.' Ab hoc fonte zelus et invidia et contentio 2
et factiones, persecutio et seditio, bellum et captivitas manarunt. Sic 3
viles contra honoratos, inglorii contra gloriosos, insipientes contra

---

adsolet — dormitans syllabam *αμ* repetiit: quarum syllabarum una abiecta fit, quod iam Iunius coniecit *ἀμνησίκακοι*.

12) *ἐπὶ τοῖς παραπτώμασιν τῶν πλησίον*] Formam *παραπτώμασιν* cum *ν ἐφελκυστικῷ* ex codice sumpsimus, coniecturam *τῶν* pro eo quod liber ms. habet: *τοῖς* Iunio, non cum aliis Rhodio acceptam referimus.

13) *ἕτοιμοι εἰς π. ε. ἀγαθόν*] Tit. III 1 *πρὸς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἑτοίμους εἶναι*. Attendas ad istud *εἰς* pro *πρός*, sed cf. etiam Herodotum VIII 98, ubi legimus: *ἕτοιμοι ἦσαν ἐς ἄλλην ναυμαχίην*.

14) *παναρέτῳ*] Talibus compositis delectari Clementem recte monuit Gallandius: vid. in ind. verbor. verba *παμμεγεθής*, *παμμεγίστατος*, *πανάγιος*, *πανάρετος*, *πανβότανος*, *πανπληθής*.

15) *αὐτοῦ*] videl. *τοῦ θεοῦ*. Cf. XIII 3. XIX 1. Hoc loco nihil mutandum; id quod contra Boisium dicimus, qui *ἐν τῷ φόβῳ τοῦ κυρίου* scribi maluit.

16) *ἐπὶ τὰ πλάτη — ἐγέγραπτο*] Bene Prov. VII 3 confert Iunius.

CAP. III. 1) *πλατυσμὸς*] Ad hoc vocabulum haec adnotat Wottonus: „Haec vox apud profanos auctores significat *dilatatio*, *diductio* vel *distensio* in latum, item iactantia, ostentatio, necnon loquacitas. Apud Patres frequentius denotat *laetos animi adfectus*, qui piorum mentibus oboriuntur ex conscientia rite et sincere praestiti officii sui, iis divinitus a Sancto Spiritu immissos. Hinc Origenes *περὶ εὐχῆς*: *Ἐν θλίψει ἐπλάτυνές με, συνεργία γὰρ καὶ παρουσία τοῦ παραμυθουμένου καὶ σώζοντος ἡμᾶς λόγου θεοῦ· τὸ τῆς διανοίας ἡμῶν ἱλαρὸν καὶ εὔθυμον ἐν τῷ καιρῷ τῶν περιστατικῶν ἀπὸ θεοῦ γενόμενον πλατυσμὸς ὠνόμασται*. Dilatatio apud Latinos Patres eandem significationem habet; verto igitur: Omnis honor et dilatatio vobis data est."

2) *τὸ γεγραμμένον*] Deut. XXXII 15. Sed non ad verbum refertur a Clemente scriptura sacra.

3) *ἀπελάκτισεν*] Codex habet *ἀπεγαλάκτισεν*, quod primus correxit Iunius.

4) *ἐπηγέρθησαν οἱ ἄτιμοι ἐπὶ τοὺς ἐντίμους*] Jes. III 5. *προκόψει ὁ ἄτιμος πρὸς τὸν ἄτιμον*.

4 ἐπὶ τοὺς πρεσβυτέρους. διὰ τοῦτο πόρρω ἄπεστιν ἡ δικαιοσύνη καὶ εἰρήνη ἐν τῷ ἀπολείπειν ἕκαστον τὸν φόβον τοῦ θεοῦ καὶ ἐν τῇ πίστει αὐτοῦ ἀμβλυωπῆσαι, μηδὲ ἐν τοῖς νομίμοις τῶν προσταγμάτων αὐτοῦ πορεύεσθαι, μηδὲ πολιτεύεσθαι κατὰ τὸ καθῆκον τῷ Χριστῷ,[5] ἀλλὰ ἕκαστον βαδίζειν κατὰ τὰς ἐπιθυμίας αὐτοῦ τὰς πονηρὰς ζῆλον ἄδικον καὶ ἀσεβῆ ἀνειληφότας,[6] δι' οὗ καὶ θάνατος εἰσῆλθεν εἰς τὸν κόσμον.[7]

ΚΕΦ. Δ'.

1 Γέγραπται γὰρ οὕτως·[1]

,καὶ ἐγένετο μεθ' ἡμέρας[2] ἤνεγκεν Κάϊν ἀπὸ τῶν καρπῶν τῆς γῆς θυσίαν τῷ θεῷ, καὶ Ἄβελ ἤνεγκεν καὶ αὐτὸς ἀπὸ τῶν πρωτοτόκων τῶν προβάτων καὶ ἀπὸ τῶν στεά-
2 των αὐτῶν. καὶ ἐπεῖδεν ὁ θεὸς ἐπὶ Ἄβελ καὶ ἐπὶ τοῖς δώροις αὐτοῦ, ἐπὶ δὲ Κάϊν καὶ ἐπὶ ταῖς θυσίαις αὐτοῦ οὐ
3 προσέσχεν. καὶ ἐλυπήθη Κάϊν λίαν καὶ συνέπεσεν τῷ
4 προσώπῳ αὐτοῦ. καὶ εἶπεν ὁ θεὸς πρὸς Κάϊν· Ἵνα τί περίλυπος ἐγένου καὶ ἵνα τί συνέπεσεν τὸ πρόσωπόν σου; οὐκ ἐὰν ὀρθῶς προσενέγκῃς, ὀρθῶς δὲ μὴ διέλῃς,[3] ἥμαρτες;

---

4. απολειπῖ. 4. πιστι. 4. της πονερας. quod confirmat Tischendorfius.
CAP. IV. 1. επιδεν.

5) μηδὲ πολιτεύεσθαι κατὰ τὸ καθῆκον τῷ Χριστῷ] Male omnes adhuc editores et interpretes verba τῷ Χριστῷ cum praecedente καθῆκον coniunxerunt, ut non mirabile sit, Iunium χριστιανῷ, Davisium τῷ ἐν Χριστῷ scribendum opinatos esse. At verba πολιτεύσθαι τῷ Χριστῷ iungenda sunt. Ita constructum legimus verbum πολιτεύεσθαι Act. XXIII 1 ἐγὼ πεπολίτευμαι τῷ θεῷ. Locutio adverbialis κατὰ τὸ καθῆκον absolute posita est, ut infra cap. XLI 3.

6) ἀνειληφότας] Ἀναλαμβάνειν, verbum Clementi familiarissimum, non est *resumere*, sed *adsumere*, *sumere*: vid. ind. verb. De plurali cum ἕκαστος coniuncto vid. Al. Buttmann p. 114. 9.

7) δι' οὗ καὶ θάνατος ἐ. ἐ. τ. κόσμον] Sap. II 24: φθόνῳ δὲ διαβόλου θάνατος εἰσῆλθεν εἰς τὸν κόσμον.

CAP. IV. 1) Γέγραπτει γὰρ οὕτως] Gen. IV 3—8, sed non ad verbum ita scriptum est.

2) μεθ' ἡμέρας] Vulgata: *post dies multos*. Cui accessimus: vid. Gen. XL 4.

3) ὀρθῶς δὲ μὴ διέλῃς] Haec est crux interpretum quae ab iis qui cum Irenaeo IV 34 illud διέλῃς ad divisum offerentis pectus trahunt haud scio an remota sit. Mea quidem sententia Cainus hoc loco recte quidem sacrificium obtulisse, sed animi non puri impetu abreptus parum rite *hostias divisisse* vel potius dispertiisse et separatas altari imposuisse dicitur. De hebraicis quae leguntur Genes. IV 7 confer quae adnotat Wottonus. Qui: „Haec

sapientes, iuvenes contra seniores insurrexerunt. Hanc ob causam 4
procul absunt iustitia et pax, cum unusquisque Dei timorem deserat
et in fide eius caecutiat, neque in institutis praeceptorum eius am-
bulet, neque, ut oportet, Christum intuens vitam degat, sed cum
secundum pravas ipsorum cupiditates incedant, omnes iniquam et
impiam invidiam adsciscentes, per quam mors in mundum intravit.

CAP. IV.

Sic enim scriptum est: 1

,et post dies multos ex fructibus terrae Domino sa-
crificium obtulit Cainus; Abelus autem obtulit et ipse
de primogenitis ovium suarum et de adipibus earum. Et 2
respexit Deus Abel et munera eius; Cainum autem et
sacrificia eius non advertit. Et contristatus est Cainus 3
valde, et concidit vultu suo. Et dixit Deus ad Cainum: 4
quare tristis factus es, et quare concidit vultus tuus?

---

quidem, inquit, ex LXX citari neque facile adeo cum hebraeo textu, prout in praesens habetur, videntur posse conciliari, reiectis tamen punctis, quod absque piaculo, utpote a Masorethis adiectis, cuivis est integrum, litterae hebraicae ad amussim cum lectione *τῶν ο'* conveniunt.

חלוא אם תיטיב שאת ואם לא תיטיב לפתח חטאת רבץ *annon si benefeceris offerre vel offerendo, et si non benefeceris dividendo, peccasti? cesses, quiescas vel accumbas.* Onkelosi Targum (Hierosolym. etiam et Ben Uziel) ad hodiernam punctationem per periphrasin explicat.

הלוא אם תוטיב עובדך ישתבק ואם לא תוטיב ע־בדך ליום דינא נטיר חטאך *annon si beneficeris, opus tuum remittetur vel relinquetur, i. e. reponetur tibi; et si non benefeceris, opus tuum in diem iudicii peccatum tuum asservatur?* —

Versiones Vulg. Syr. et Arab. punctuationem masorethicam sequuntur. Ego, sane refragantibus licet ceteris versionibus et antiquissima paraphrasi, nec non recentioribus, lectionem *τῶν ο'* praeferendam esse censeo. Vulgo enim recepta interpretatio neque cum praecedentibus verbis, in quibus de sacrificio agitur, neque cum hebraico textu rectius punctuato adeo apte convenit; nihil enim de sacrificio habetur, qua mente quave intentione sit offerendum, vel ex qua parte Cain in sacrificando peccavit contra Deum, adeo ut Deo potius sit acceptum fratris quam illius sacrificium; cum si attendamus ad contextum, hoc foret praecipue agendum. Quae quidem omnia versio *τῶν ο'* exhibet, sicut a Tertulliano in libro suo contra Iudaeos explicatur. *Accepto ferens quae offerebat simplicitate cordis, et reprobans sacrificium fratris eius Cain: qui quod offerebat non recte dividebat.* Et fusius Irenaeo: *Ab initio respexit Deus munera Abel, quoniam cum simplicitate et iustitia offerebat, super sacrificium autem Cain non respiciebat, quoniam cum zelo et militia qua erat adversus fratrem divisionem habebat in corde, quemadmodum occulte eius arguens Deus ait:*

5 ἡσύχασον· πρός σε ἡ ἀποστροφὴ αὐτοῦ καὶ σὺ ἄρξεις αὐ-
6 τοῦ.[4] καὶ εἶπεν Κάϊν πρὸς Ἄβελ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ· Διέλ-
θωμεν εἰς τὸ πεδίον.[5] καὶ ἐγένετο ἐν τῷ εἶναι αὐτοὺς ἐν
τῷ πεδίῳ ἀνέστη Κάϊν ἐπὶ Ἄβελ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ καὶ
ἀπέκτεινεν αὐτόν.'
7 Ὁρᾶτε, ἀδελφοί, ζῆλος καὶ φθόνος ἀδελφοκτονίαν κατειργά-
8 σατο.[6] διὰ ζῆλος[7] ὁ πατὴρ ἡμῶν Ἰακὼβ ἀπέδρα ἀπὸ προσώπου
9 Ἠσαῦ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ. ζῆλος ἐποίησεν Ἰωσὴφ μέχρι θανάτου
10 διωχθῆναι καὶ μέχρι δουλείας εἰσελθεῖν. ζῆλος φυγεῖν ἠνάγκασεν
Μωϋσῆν ἀπὸ προσώπου Φαραὼ βασιλέως Αἰγύπτου ἐν τῷ ἀκοῦσαι
αὐτὸν ἀπὸ τοῦ ὁμοφύλου· Τίς σε κατέστησεν κριτὴν ἢ δικαστὴν
ἐφ' ἡμῶν; μὴ ἀνελεῖν με σὺ θέλεις[8] ὃν τρόπον ἀνεῖλες ἐχθὲς τὸν
11 Αἰγύπτιον;' διὰ ζῆλος Ἀαρὼν καὶ Μαριὰμ[9] ἔξω τῆς παρεμβολῆς

---

5. παιδιον. 5. παιδιω. 11. ζηλος.

Nonne si recte offeras, recte autem non dividas, peccasti? quoniam non sacrificio placatur Deus; si enim quis solummodo secundum quod videtur munde et recte et legitime offerre tentaverit, secundum autem suam animam non recte dividat eam quae est ad proximum communionem, neque timorem habeat Dei, non per id quod recte foris oblatum est sacrificium seducit Deum intus habens peccatum, nec oblatio talis proderit aliquid, sed cessatio mali quod est intus conceptum." Patet igitur Wottonum sic legere hebraica Genes. IV 7:

חֲלוֹא אִם־תֵּיטִיב שְׂאֵת וְאִם לֹא תֵיטִיב לַפֶּתַח חַטָּאת רֹבֵץ Attamen contra Wottonum dici debet: verbum פֶּתַח non *dividere* significare, sed *aperire*.

4) πρὸς σὲ ἡ ἀποστροφὴ αὐτοῦ καὶ σὺ ἄρξεις αὐτοῦ] Haec verba parum intellexere et frustra coniecturis sanare conati sunt qui non viderunt ea ex hebraicis explananda esse. Etenim Genes. IV 7 legitur:

וְאֵלֶיךָ תְּשׁוּקָתוֹ וְאַתָּה תִּמְשָׁל־בּוֹ

i. e. et tui est illius appetitus, sed tu illud dominaberis. Supplendum est non donum — quod faciunt alii — sed peccatum, חַטָּאת quod in bibliis hebraicis paulo ante v. 7 legitur, sed a LXX, cum scripserint ἥμαρτες, mutatum est et turbatum. Apud Clementem igitur post αὐτοῦ supplendum est ἁμαρτήματος.

5) διέλθωμεν εἰς τὸ πεδίον] Mirum profecto haec verba deesse in bibliis nostris hebraicis. Wottonus: „Haec, inquit, verba quae a LXX interpretibus habentur obelo notavit Origenes quasi aliena a textu eo quod nusquam occurrerunt in hebraicis i. e. Iudaeorum sui temporis codicibus. S. Hieronymus ea non agnoscit: apud ipsum enim legimus Quaest. in Genesin: „*et dixit Cain ad Abel fratrem suum* — subauditur *ea quae locutus est Dominus. Superfluum ergo est quod in Samaritanorum et nostro volumine reperitur.*" — Codices quidam ex Origene: ἐν τῷ ἑβραϊκῷ τὸ λεχθὲν ὑπὸ τοῦ Κάϊν πρὸς τὸν Ἄβελ οὐ γέγραπται καὶ οἱ περὶ Ἀκύλαν ἔδειξαν ὅτι ἐν τῷ ἀποκρύφῳ· φασὶν οἱ Ἑβραῖοι, κεῖσθαι τοῦτο, ἐνταῦθα κατὰ τὴν τῶν ο' ἐκδοχήν. Legit ea cum LXX vetus Italica, quod ex

Nonne recte quidem offerens, non autem recte dividens peccasti? quiesce, .. ad te revertetur peccatum tuum et tu illud dominaberis. Et dixit Cain Abelo fratri suo: 5 transeamus in campum. Et factum est, dum essent in 6 campo, surrexit Cainus super Abelum fratrem suum et occidit eum.'

Videtis, fratres, propter zelum et invidiam fratricidium com- 7 missum. Propter zelum pater noster Iacobus a facie fratris sui Esavi 8 aufugit. Zelus effecit ut Iosephus ad mortem usque exagitaretur et 9 usque ad servitutem accederet. Zelus Mosem a facie Pharaonis regis 10 Aegypti fugere compulit, cum popularem suum dicentem audiret: ‚quis te constituit arbitrum aut iudicem super nos? Numquid tu vis me occidere, quemadmodum occidisti heri Aegyptium?' Propter 11

---

ipso Hieronymo satis constat. Inquit enim: *reperitur in nostro volumine*, quod non est aliud a versione italica. Agnoscit etiam Vulg. *egrediamur foras*. Versio syr.: נרא לכקצחא *eamus in desertum*, et — quod est instar omnium — textus hebraeo-samaritanus qui habet: נלכה השדה *proficiscemur vel proficiscamur in campum*. Cum hebraeo-samaritano consentit versio samaritana; cum textu hebraeo Onkelosi Targum et versio arabica. Scholion habet: *παρ' οὐδενὶ τῶν λοιπῶν* [videl. non apud Aquilam vel Symmachum aut Theodotionem] *κεῖται τὰ ῥήματα τοῦ Κάϊν πρὸς Ἄβελ, ἀλλ' οὐδὲ παρ' Ἑβραίοις· ἀλλ' ἐν ἀποκρύφῳ φασὶν· παρὰ δὲ τοῖς ο' κεῖται, ἔχει δὲ αὐτὰ καὶ τὸ σαμαρειτικόν*. Animadvertendum quoque est in Targum hierosolymitano qui Romae est haec verba reperiri. Quod observavit Nobilius. Cum igitur haec agnoscant paene omnes antiquiores versiones, necnon codex samaritanus qui, si auctoritatem et authentiam spectemus, vix cedit Iudaeorum codicibus; cum in LXX ea legerint cum Origenes, tum Clemens Romanus, reiecta illa Origenis et scholii coniectura, ex apocrypho aliquo fuisse petita: verisimillimum existimo ab initio inde fuisse in hebraeo textu, casu autem aliquo sive librariorum negligentia ex Iudaeorum codicibus ante tempora Origenis excidisse, servata in codicibus Samaritanorum. Quod ex eo confirmatur quod אמר haud unquam habetur nisi transitive. Sensit hoc S. Hieronymus, ideoque subintelligendum voluit: *ea quae locutus est Dominus*, quod sane prorsus absimile esse sentiemus si attendamus ad verba immediate sequentia: *καὶ ἐγένετο ἐν τῷ εἶναι αὐτοὺς ἐν τῷ πεδίῳ*, quae referri videntur ad *διέλθωμεν εἰς τὸ πεδίον*, vel tale quid iis immediate praecedens.

6) *κατειργάσατο*] De hoc singulari pluralis loco posito nec mutando cf. Al. Buttmann p. 111.

7) *διὰ ζῆλος*] Classicae graecitatis lexica substantivum masculino tantum genere praeditum norunt, apud Clementem variat genus. Vid. ind. verb.

8) *ἀνελεῖν μέ σὺ θέλεις*] Voculam *μέ* propter sensum *ὀξύτονον* esse censemus, non *ἄτονον*.

9) *Ἀαρὼν καὶ Μαριάμ*] De Miriam ex textu sacro constat eam castris ex-

12 ηὐλίσθησαν. ζῆλος Δαθὰν καὶ Ἀβειρὼν ζῶντας κατήγαγεν εἰς ᾅδου
διὰ τὸ στασιάσαι αὐτοὺς πρὸς τὸν θεράποντα τοῦ θεοῦ Μωϋσῆν.
13 διὰ ζῆλος Δαβὶδ φθόνον ἔσχεν οὐ μόνον ὑπὸ τῶν ἀλλοφύλων, ἀλλὰ
καὶ ὑπὸ Σαοὺλ βασιλέως Ἰσραὴλ ἐδιώχθη.

ΚΕΦ. Ε'.

1 Ἀλλ' ἵνα τῶν ἀρχαίων ὑποδειγμάτων παυσώμεθα, ἔλθωμεν
ἐπὶ τοὺς ἔγγιστα γενομένους ἀθλητάς· λάβωμεν τῆς γενεᾶς ἡμῶν
2 τὰ γενναῖα ὑποδείγματα.[1] διὰ ζῆλον καὶ φθόνον οἱ ἄριστοι[2] καὶ
3 δικαιότατοι στύλοι ἐδιώχθησαν[3] καὶ ἕως θανάτου ἔπαθον.[4] λά-
4 βωμεν πρὸ ὀφθαλμῶν ἡμῶν[5] τοὺς ἀγαθοὺς ἀποστόλους.[6] ὁ Πέ-
τρος[7] διὰ ζῆλον ἄδικον οὐχ ἕνα οὐδὲ δύο,[8] ἀλλὰ πλείονας ὑπή-
νεγκεν[9] πόνους, καὶ οὕτω μαρτυρήσας[10] ἐπορεύθη εἰς τὸν ὀφειλόμε-

---

12. διαζηλος. Tischendorfius: Scriptor, inquit, confudit ζηλος et διαζηλος: quod enim versu 39 (codicis i. e. sectione nostra XI) poni debebat, versu 41 (sectione nostra XII) posuit.

CAP. V. 1. υποδιγματων. 1. γεννεα. 2. φθονον.....στοι. — στυλ..... χθησαν. 2. εως θανατο.....λαβωμεν. 3. οφθαλμω.....τους. 3. αποστολου.....ος. 4. ουχε....δε. 4. υπη.....πονους. 4. μαρτυ....επορευθη. — 4. οφειλ.....τοπον.

clusam, de Aarone non item. Est μνημονικὸν ἁμάρτημα, ut iudicamus cum Clerico et Jacobsono.

1) ἔλθωμεν ἐπὶ τοὺς ἔγγιστα γενομένους ἀθλητάς, λάβωμεν τῆς γενεᾶς ἡμῶν τὰ γενναῖα ὑποδείγματα] Hoc adiectivum ἔγγιστα est ex firmissimis propugnaculis eorum qui epistulam nostram anno 68 scriptam esse contendunt. Cum enim quae statim memorantur SS. Petri et Pauli martyria circa annum 68 facta sint, quod ad chronologiam attinet quadrare videntur omnia. Et quadrarent sane, nisi alia argumenta nos cogerent quaerere, possintne etiam anno 96 haec verba scripta esse. Quae argumenta optime in lucem protulit Gundertus. Primum enim animadvertas ad ea quae praecesserunt: ἀρχαῖα ὑποδείγματα. Memorantur Cainus et Abelus, Esavus et Jacobus, Moses, Aaron, Saulus, Davides. His si anno 96 opponuntur Petrus et Paulus, intersunt ad minimum saecula decem, ita ut qui anno 96 scribat, res anno 68 gestas facillime suo ipsius tempore aequiparare potuerit. Et consideremus, quinam viri hoc loco a Clemente sibi ἔγγιστα γενόμενοι dicantur. Nonne sunt Petrus et Paulus? apostoli illi, quibuscum nunquam non etiam postquam vita defuncti erant artissime coniunctus erat Clemens? quibuscum nunquam non ἐν πνεύματι consociatus vivebat? Accedit quod quae sequuntur verba λάβωμεν τῆς γενεᾶς ἡμῶν τὰ ὑποδείγματα eorum quae praecedunt vim diminuunt quodammodo mitigantque.

2) φθόνον [οἱ ἄρι]στοι καὶ δικαιό-

zelum Aaron et Mariam extra castra stabulati sunt. Zelus Datha- 12
num et Abironem vivos ad inferos detrusit, quod cum Mose Dei
famulo seditiose contenderent. Propter zelum Davides non tantum 13
alienigenarum invidiam sustinuit, sed regem etiam Saulum per-
secutorem expertus est.

CAP. V.

Sed ut vetera exempla relinquamus, ad proximos athletas 1
veniamus, saeculi nostri generosa exempla proponamus. Propter 2
zelum et invidiam qui maximae et iustissimae ecclesiae columnae
erant persecutionem sustinuerunt suntque usque ad mortem passi.
Ponamus nobis ante oculos bonos apostolos. Propter zelum ini-3.4
quum Petrus non unum aut alterum, sed plures labores sustulit,
atque ita martyrium passus in debitum gloriae locum discessit.

τατοι στύλ[οι] Ita lacunam quae est ante syllabam *στοι* primus explevit Birrius. Quam coniecturam alteri quam et ipse proposuit et receperunt editores, videlicet *μέγιστοι*, praeferendam iudicavimus propter sequens *δικαιότατοι*. Ad spatium quod attinet litterae elapsae cum fuerint in versu exeunte (p. 32 col. II v. 1), discerni nequit, utrum fuerint sex litterae: *οι μεγι*, an quinque: *οι αρι*.

3) *στύλ[οι ἐδιώ]χθησαν]* Locum restituit Iunius.

4) *ἕως θανάτο[υ ἔπαθον]* Ita nos edendum censuimus. In codice inde a decurtato vocabulo *θανατο* omnia desunt, eaque versu exeunte. Post Wottonum reliqui omnes editores legunt *ἕως θανάτου ἦλθον*, quod nobis tenue valde frigidumque esse videtur. *Χάσμα* h. l. est linearum undecim, quae capiunt septem amplius litteras maiores, et *νεπαθον* sunt litterae septem.

5) *ὀφθαλμῶ[ν ἡμῶν]* Ita primus lacunam explevit Iunius.

6) *τοὺς ἀγαθοὺς ἀποστόλους]* In simplici hoc epitheto offenderunt haud pauci, sed cf. Mr. X 18. Erat vox usitatissima, et coniecturis non est opus. Itaque et Davisii coniecturam *ἀγαστούς* et alias omnes reiecimus.

7) *ἀποστόλου[ς. ὁ Πέτ]ρος]* Jacobsonus: „Articulum, inquit, non supplevit Iunius; lacuna autem est sex, ni fallor, litterarum.“ Quod quanquam pro certo confirmare non audeo, cum plures minoris formae litterae versu hoc exeunte perire potuerint, articulum tamen Clementis loquendi usus poscere videtur: cf. v. 5. *καὶ ὁ Παῦλος*.

8) *οὐχ ἕ[να οὐ]δὲ δύο]* Locum restituit Iunius.

9) *πλείονας ὑπή[νεγκεν]* Partem litterae *η* adhuc superesse testatur Tischendorfius, quanquam Jacobsonus: „Hodie, inquit, nihil nisi *ὑπ* restat.“ Wottonus sex quas deesse censet litteras ita ut factum est reposuit.

10) *μαρτυρ[ήσας]* Lacunam primus sanavit Iunius.

5 νον τόπον[11] τῆς δόξης.[12] διὰ ζῆλον καὶ ὁ[13] Παῦλος ὑπομονῆς βρα-
6 βεῖον[14] ὑπέδειξεν.[15] ἑπτάκις[16] δεσμὰ φορέσας,[17] φυγαδευθεὶς,[18] λι-
θασθεὶς,[19] κήρυξ γενόμενος ἔν τε τῇ ἀνατολῇ καὶ ἐν τῇ δύσει, τὸ
7 γενναῖον τῆς πίστεως αὐτοῦ κλέος ἔλαβεν. δικαιοσύνην διδάξας
ὅλον τὸν κόσμον καὶ ἐπὶ τὸ τέρμα[20] τῆς δύσεως ἐλθὼν καὶ μαρτυ-

---

5. διαζηλον....παυλος. 5. βραβιον υ.....ξεν. 6. φορεσασφ...δευθεις. 6. κηρυξγ...μενος. 6. καιε...δυσει. 6. πισταιως.

11) ὀφειλ[όμενον] τόπον τῆς δόξης] Ita primus scripsit Iunius. Ceterum hoc loco usus est Polycarpus epist. c. IX. HEFELE.

12) τῆς δόξης] S. Petrus obiisse videtur die 29. m. Iunii anno 65 p. Chr. n. Vid. Pius B. Gams. Das Jahr des Martyrtodes der Apostel Petrus und Paulus. Regensbg. 1867 p. 94. et librum quem inscripsimus Neutestamentliche Studien p. 104 sq.

13) διὰ ζῆλον [καὶ ὁ] Παῦλος] Ita primus scripsit Jacobsonus, quattuor ad minimum litteras periisse testatus.

14) βραβεῖον] Alia est codicis scriptio. βραβεῖον est praemium certaminis, brabium. Cf. Phil. III 14. I Cor. IX 24. — Prudentium περὶ στεφ. V 538 et Tertullianum adv. Marc. 3 citat in lexico Passowius. Idem ad martyres § 3 haec dicit: Bonum agmen subituri estis, in quo agonothetes Deus vivus est, xystarches Spiritus Sanctus, corona aeternitas, *brabium angelicae substantiae politia in caelis, gloria in saecula sacculorum.*

15) βραβεῖον ὑ[πέδει]ξεν] Ad hanc nostram coniecturam defendendam exponamus primum de iis quae exhibet codex. Usque ad Tischendorfium testes αὐτόπται omnes versum cod. 12. col. II. p. 32 Appendicis codd. a syllaba εν incipere putarunt. Tischendorfius autem syllabam ξεν edidit, quod in litteris ad me datis luculenter conspici posse affirmavit. Constat igitur verbum, quod agitur, in syllabam ξεν exire debere, non in χεν. Sed quaeritur etiam, verbum quod renovandum est a qua littera inceperit. Iunius cum ἄπεσχεν scripserit, legit α. Wottonus autem hoc adnotat: „Ms. codex exhibet υ-εν. Legi igitur ὑπεσχεν: sustinuit praemium patientiae, quo modo dicitur δικὴν ὑπέχειν. Mallem sane, si hoc nobis permitteret liber ms., cum libris impressis legere ὑπομονῆς βραβεῖον ἄπεσχεν: patientiae praemium reportavit: legimus enim ἀπέχειν καρπόν, et ἀπέχειν μισθόν, et in N. T. (Matth. VI) ἀπέχουσι τὸν μισθὸν αὐτῶν; neutiquam tamen discedo a codicis lectione." Haec Wottonus, qui non dubium est quin oculis suis perceperit litteram υ. At quid dicit Tischendorfius? „Post βραβιον, inquit, membrana abscissa neque litterae quae sequebatur vestigium superest." (Append. codicum p. XVIII.) Cum igitur Wottonus litteram singulam υ tanquam exstantem tradiderit, sequitur eius aevo saeculo i. e. XVIII ineunte plura etiam quae saeculo XIX iam perierunt exstitisse marginemque vetustate corrosum passim decidisse. Quae cum ita sint, de Wottoni coniectura per se inepta — quid enim est *praemium sustinere?* — actum esse apparet et interstitium quinque ad summum litterarum inter υ.....ξεν explendum. Inde a vocabulo βραβιον septem lineas parisienses in exemplo photographico emensi sumus. Quae quanquam quinque tantum litteras aequant, tamen litterae υπεδει et aliis minores sunt et versu

Propter zelum et Paulus patientiae praemium exhibuit. Septies 5.6 in vincula coniectus, fugatus, lapidatus, in oriente ac occidente verbi praeco factus, illustrem fidei suae famam sortitus est. Qui 7 postquam iustitia mundum universum instruxerat et ad occidentis

---

exeunte positae. Quamobrem ὑπέδειξεν scripsimus. Quod ad sensum attinet, ὑποδεικνύειν est ante oculos ponere, monstrare. S. Paulus, inquit Clemens, nunc inter beatos versans, patientiae quod accepit praemium, martyrii coronam s. victoriae gloriam, tanquam exemplum ad imitandum proposuit mortalibus. Verbum ὑποδεικνύειν est tanquam ὑπόδειγμα proponere. Vocabulum ὑπόδειγμα Paulum adamasse docet index verb. Denique cf. Herod. I 32: πολλοῖσι γὰρ δὴ ὑποδέξας ὄλβον ὁ θεὸς προῤῥίζους ἀνέστρεψε. Thucyd. IV, 86: ὁ μὴ ὑποδείξας ἀρετήν.

16) ὑ[πέδει]ξεν. ἑπτάκις] Post verbum ὑπέδειξεν et ante ἑπτάκις maius interpungendi signum posuimus. Est enim haec prima enuntiatio introitus panegyrici quem in honorem magistri sui quasi canit Clemens. Introitum excipit stropha prima a vocabulo ἑπτάκις incipiens, in verbum ἔλαβεν exiens. Verba τὸ γενναῖον τῆς πίστεως αὐτοῦ κλέος ad modum iterationis poëticae (qua nobis in memoriam revocantur psalmi) respondent praecedentibus βραβεῖον ὑπέδειξεν. Denique sequitur stropha altera usque ad verbum ἐπορεύθη cum conclusione ὑπομονῆς γενόμενος ὑπογραμμός. Introitum autem cum conclusione facile ita coniungamus licet: Διὰ ζῆλον καὶ ὁ Παῦλος ὑπομονῆς βραβεῖον ὑπέδειξεν = ὑπομονῆς γενόμενος μέγιστος ὑπογραμμός. Conclusio et iterat et explanat introitum.

17) ἑπτάκις δεσμὰ φορέσας] Hac de re silet sancta scriptura. Hefele. Nex mirum S. Pauli discipulum hic et versibus sequentibus plura ex apostoli vita tangere quam aliunde tradita accepimus.

18) φυ[γα]δευθείς] Wottonus hoc loco codicem litteram φ cum maiore parte τοῦ υ spatioque duarum litterarum continere testatur. Tischendorfius autem post verbum φορέσας nihil vidit. Patet igitur inter annos 1718 et 1867 litteras φυ evanuisse. Ceterum a syllaba δευθεις incipit versus VII: vid. Append. codicum p. 32 col. II. Ad sententiam quod attinet cf. Act. XIII 50. II Cor. XI 22 sqq.

19) λιθασθείς] Act. XIV 5. 19.

20) καὶ ἐπὶ τὸ τέρμα τῆς δύσεως] Locus hic omnium celeberrimus dignus est de quo pluribus exponamus. Anno 1633 Patricius Iunius sic edidit:

καὶ ἐπὶ τὸ τέρμα τῆς δύσεος.

Iunio igitur litterae αιεπι, quas minio pinxit, excidisse videbantur. — Anno 1718 Henricus Wotton haec typis expressit:

τὸ τέρμα τῆς δύσεως

nullis uncinis positis nullaque memorata lacuna. — Eadem plane edidit Jacobsonus. Sed et hic et ille in eo seduli et diligentis editoris officium neglexit, quod non sint expressis verbis testati verba καὶ ἐπὶ in ipso codice non deesse. Quod fecit anno 1867 Tischendorfius, non solum in ipso apotypomate suo edens quod edendum erat, sed etiam in commentario p. XVIII haec adnotans: „Litterae και επι nihil dubitationis habent.“ Adde quod Tischendorfius etiam lithographicam versuum 17 et 18, quibus verba illa celeberrima continentur, effigiem ad calcem libri dedit. — Nos autem iam anno 1862 ab Eugenio Petersen V. D., teste

4 σὰρξ ἐκ τῆς σαρκός μου.' ζῆλος καὶ ἔρις πόλεις μεγάλας[6] κατέστρεψεν καὶ ἔθνη μεγάλα ἐξερίζωσεν.[7]

ΚΕΦ. Ζ'.

1 Ταῦτα, ἀγαπητοί, οὐ μόνον ὑμᾶς νουθετοῦντες ἐπιστέλλομεν, ἀλλὰ καὶ ἑαυτοὺς ὑπομνήσκοντες[1]· ἐν γὰρ τῷ αὐτῷ ἐσμὲν σκάμματι[2] 2 καὶ ὁ αὐτὸς ἡμῖν ἀγὼν ἐπίκειται. διὸ ἀπολείπωμεν[3] τὰς κενὰς καὶ ματαίας φροντίδας καὶ ἔλθωμεν ἐπὶ τὸν εὐκλεῆ καὶ σεμνὸν τῆς 3 τοῦ θεοῦ κλήσεως[4] ἡμῶν κανόνα.[5] κατανοήσωμεν[6] τί καλὸν καὶ τί 4 τερπνὸν καὶ τί προσδεκτὸν[7] ἐνώπιον τοῦ ποιήσαντος[8] ἡμᾶς. ἀτενίσωμεν[9] εἰς τὸ αἷμα τοῦ Χριστοῦ καὶ ἴδωμεν[10] ὡς ἔστιν τίμιον τῷ θεῷ πατρὶ[11] αὐτοῦ ὅ τι διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν ἐκχυθὲν

---

4. ερεις. 4. εξεριζωσεν.

CAP. VII. 1. υπομνησκον...; quod confirmat Tischendorfius. 1. σκαμμα.. 1. επικει... 2. κενας...ματαιας. — 2. ελθω... 2. ευκλαιη. 2. σεμνοντ..... σεως. 3. κανονα.....μεν. 3. τερπνον.....σδεκτον. 3. ποι.....τος. 4. ημας.....ωμεν. — χυ.....ωμεν. — θω....ιαυτου. — ημετεραν...ηριαν. —

6) πόλεις μεγάλας] Harum urbium primam Hierosolymam fuisse constat. Neque tamen ideo quia Hierosolymae nomen hic non memoretur, verba haec ante annum 70 Hierosolyma adhuc stante scripta esse concedimus Hefelio. Anno enim 96, quo mea quidem sententia scribebat Clemens, Hierososolyma iam non amplius nulla erat, immo denuo florere inceperat et — quod maximum — Romani h.l. ad Corinthios scribebant. Quare optime Jortinus h. l. in animum revocat Horatii illud Carminum l. I c. XVI v. 15:

Irae Thyesten exitio gravi
stravere, et altis urbibus ultimae
stetere causae cur perirent
funditus.

Qui paulo ante meminerat Dircarum et Danaidum, h.l. opportune usus est verbis Horatii.

7) ἐξερίζωσεν] De hac singula ρ vid. Al. Buttmannum p. 28. et cf. scriptiones varias. Ceterum iam Wottonus: „Cum manuscriptus, inquit, codex duplicem ρ in huiusmodi vocibus nuspiam exhibeat, lego ἐξερίζωσεν, non ἐξερρίζωσεν."

CAP. VII. 1) ὑπομνήσκον[τες] i. e. ὑπομιμνήσκοντες. Sed hanc quoque formam exsistere monet Hefelius et docent lexica. Iniuria igitur Wottonus formam breviorem vitio vertit librario. *Scamma* legitur apud Cael. Aur. chron. 2,1 Hieron. Ioann. Hieros. 16. Tertullian. ad Martyr. 3. Et cf. Boeckhii corpus inscr. n. 2758 t. 2. p. 504. Hos citant Passowius et Freundius in lexicis. Ceterum syllabas τες in ὑπομνήσκοντες, τι in σκάμματι, ται in ἐπίκειται, μεν in ἔλθωμεν cum copula καὶ ante ματαίας primus restituit Iunius.

2) σκάμματι] σκάμμα est locus pugnandi in palaestra, arena stratus, arena.

3) διὸ ἀπολείπωμεν] Hoc cum loco

mea.' Zelus et contentio urbes magnas evertit et gentes numero- 4
sas funditus delevit.

CAP. VII.

Haec, carissimi, non tantum ut vos officii vestri admoneamus 1
scribimus, sed etiam ut nos ipsos commonefaciamus; in eadem
enim arena versamur, et certamen idem nobis impositum est.
Quare inanes et vanas curas relinquamus et ad gloriosam et 2
venerandam divinae vocationis nostrae normam convertamur.
Quid pulchrum, quid iucundum et acceptum coram opifice nostro 3
sit, videamus. Sanguinem Christi intentis oculis intueamur, ut 4
quam pretiosus ille sit Deo patri consideremus, qui propter nostram

---

Wottonus haec Polycarpi verba componit: *Διὸ ἀπολιπόντες τὴν ματαιότητα τῶν πολλῶν καὶ τὰς ψευδοδιδασκαλίας ἐπὶ τὸν ἐξ ἀρχῆς ἡμῖν παραδοθέντα λόγον ἐπιστρέψωμεν.* Polyc. ep. ad Phil. VII. Sed haec verba a clementinis nobis quidem nimis differre videntur.

4) *τ[ῆς] τοῦ θεοῦ κλή]σεως ἡμῶν]* Desunt post litteram *τ* etiam Tischendorfii ex sententia litterae 10, quas Iunius sic restituit: *τῆς ἁγίας κλήσεως.* Sed adiectivum *ἁγίας* hoc loco nobis valde frigere videtur. Scripsimus igitur: *τηστουθῦκλησεως = τῆς τοῦ θεοῦ κλήσεως.* Ad positionem verborum quod attinet cf. XI 2 *περὶ τῆς τοῦ θεοῦ δυνάμεως.* Sententiam defendunt loci quales c. XXXII 4. c. XLVI 6. c. LIX 2.

5) *κανόνα] κανὼν* est norma Christianis a Deo vocatis tanquam meta proposita, ad quam progredi debeant et a qua adhuc abesse dicuntur. Cf. II Cor. X 13. 15. 16. Gal. VI 16.

6) *κατανοήσωμεν.]* Codex nonnisi syllabam *μεν* habet, praecedentia perierunt. Quae Iunio praeeunte verbo *βλέπωμεν* expleri solent. Sed Tischendorfius: „*Βλέπω*, inquit, non satis est ad explendum spatium." Mihi litterae novem deesse videntur scribendumque ut scripsi. Nam in versu superiore 1 pag. 33 desunt litterae decem, et versus inferior paulo magis a sinistra incipit: ergo lacuna inferior superiore paulo minor est. De verbo *κατανοήσωμεν* cf. XXIV 1. XXXIV 5. XXXVII 2.

7) *[καὶ τί προσ]δεκτόν]* Ita Tischendorfius verba elapsa restituit. Iunius nonnisi *καὶ προσδεκτόν* dedit. Tischendorfius autem pro ea qua est *ἀκριβείᾳ*: *καὶ τί προσδεκτόν* reponendum esse censuit.

8) *ποι[ήσαντ]ος]* Locum sanavit Iunius.

9) *[ἀτενίσ]ωμεν]* Ita primus scripsit Iunius. Cf. ind. verb. *ν. ἀτενίσωμεν.*

10) *[καὶ ἴδ]ωμεν]* Ita primus Iunius.

11) *[πατρ]ὶ]* Substantivum *πατρί* ante *αὐτοῦ* ponendum primus vidit Bleekius. Quam coniecturam Tischendorfius, cum litteram *ι* etiam scriptam inveniret, confirmavit.

5 παντὶ τῷ κόσμῳ μετανοίας χάριν ὑπήνεγκεν. ἀνίωμεν[12] εἰς τὰς γε-
νεὰς πάσας καὶ καταμάθωμεν ὅτι ἐν γενεᾷ καὶ γενεᾷ[13] μετανοίας
τόπον[14] ἔδωκεν ὁ δεσπότης τοῖς βουλομένοις ἐπιστραφῆναι ἐπ' αὐ-
6 τόν. Νῶε[15] ἐκήρυξεν μετάνοιαν, καὶ οἱ ὑπακούσαντες ἐσώθησαν.
7 Ἰωνᾶς[16] Νινευΐταις καταστροφὴν ἐκήρυξεν, οἱ δὲ μετανοήσαντες ἐπὶ
τοῖς ἁμαρτήμασιν αὐτῶν ἐξιλάσαντο τὸν θεὸν ἱκετεύσαντες καὶ
ἔλαβον σωτηρίαν, καίπερ ἀλλότριοι τοῦ θεοῦ ὄντες.

ΚΕΦ. Η'.

1 Οἱ λειτουργοὶ τῆς χάριτος τοῦ θεοῦ διὰ πνεύματος ἁγίου περὶ
2 μετανοίας ἐλάλησαν. καὶ αὐτὸς δὲ ὁ δεσπότης τῶν ἁπάντων περὶ
μετανοίας ἐλάλησεν μετὰ ὅρκου·[1]

,ζῶ[2] γὰρ ἐγώ, λέγει κύριος, οὐ βούλομαι τὸν θάνα-
τον τοῦ ἁμαρτωλοῦ ὡς τὴν μετάνοιαν·

προστιθεὶς καὶ γνώμην ἀγαθήν·

,μετανοήσατε,[3] οἶκος Ἰσραήλ, ἀπὸ τῆς ἀνομίας ὑμῶν.
3 εἶπον τοῖς υἱοῖς τοῦ λαοῦ μου· ἐὰν ὦσιν αἱ ἁμαρτίαι ὑμῶν
ἀπὸ τῆς γῆς ἕως τοῦ οὐρανοῦ καὶ ἐὰν ὦσιν πυρρότεραι
κόκκου καὶ μελανώτεραι[4] σάκκου[5], καὶ ἐπιστραφῆτε
πρός με ἐξ ὅλης τῆς καρδίας, καὶ εἴπητε· „Πάτερ", ἐπακού-
σομαι ὑμῶν ὡς λαοῦ ἁγίου.'[6]

---

4. τωκ...ω. — 5. ...ωμενεις. — 5. πασας.....ταμαθωμεν. — 5. γενεα..ιγενεα. 5. εδω.εν.

CAP. VIII. 1. λιτουργοι. — 2. μεταορκου. — 2. προστηθεις. — 3. λαωαγιω.

12) [ἀνί]ωμεν] Est coniectura Henrici Wottoni, in quam et ipsi incideramus. Altera eiusdem coniectura ἀνέλθωμεν, quae vulgo legitur, propter spatii angustiam minus convenire videbatur.

13) ἐν γενεᾷ καὶ γενεᾷ] More hellenistico. Hebraei habent עד ועד vel עלם ועלם i. e. generatio et generatio, pro generatio a generatione et omnes generationes; quam loquendi formulam secuti fuerunt Novi Testamenti scriptores et Patres, eoque frequentius quo quis propius accedit ad apostolicum saeculum. Wotton.

14) μετανοίας τόπον] Obversantur Clementi — id quod recte monuit Wottonus — illa auctoris epistulae ad Hebraeos: μετανοίας γὰρ τόπον οὐχ εὗρεν: XII 17. Neque neglegendus

salutem effusus toti mundo poenitentiae gratiam obtulit. Recurra- 5
mus ad omnes mundi aetates et discamus, quomodo inde ab omni
tempore volentibus ad ipsum converti Dominus poenitentiae lo-
cum concesserit. Noë poenitentiae praeco fuit, et qui ei obtem- 6
perarunt servati sunt. Ionas Ninivitis excidium praedixit; illi 7
autem, peccatorum poenitentiam agentes, precibus Deum placa-
runt et salutem consecuti sunt, quamvis essent a Deo alieni.

CAP. VIII.

Divinae gratiae ministri Spiritu Sancto afflati de poenitentia 1
locuti sunt. Ipse etiam rerum omnium Dominus cum iuramento 2
de poenitentia locutus est:

‚vivo, inquit Dominus, nolo mortem peccatoris, sicut poenitentiam;‘

addens insuper dictum egregium:

‚resipiscite, domus Israel, ab iniquitate vestra. Dic 3
filiis populi mei: si peccata vestra a terra ad coelum usque pertingant, si cocco rubriora et sacco nigriora fuerint, et ad me ex toto cordo conversi fueritis et dixeritis: ‚Pater‘, tanquam populo sancto aurem vobis praebebo.‘

---

est, quem et ipsum Wottonus memorat, Sapientiae locus: *κρίνων δὲ κατὰ βραχὺ ἐδίδους τόπον μετανοίας.* Sap. Sal. XII 10.

15) *Νῶε*] Gen. VII. II Petr. II 5.

16) *Ἰωνᾶς*] Ionae III.

CAP. VIII. 1) *μετὰ ὅρκου*] Ita, non *μεθ' ὅρκου*, Tischendorfio adsentiente codicis alexandrini auctoritate scripsimus. Cf. Matth. XXVI 72, ubi Tischendorfius in editione VIII maiore idem dedit.

2) *ζῶ*] Ezechiel XXXIII 11. Sed circumscribit Clemens prophetae verba.

3) *μετανοήσατε οἶκος — λαοῦ ἁγίου*] Haec verba in scriptura sacra non exstant. Wottonus citat Ezech. XVIII 29. Psalm. CII 11. Ies. I 18.

4) *μελανώτεραι*] Haec forma inusitata pro vulgari *μελάντεραι* Jacobsono monente non solum apud LXX, sed et apud Strabonem XVI § 12 reperitur.

5) *σάκκου*] Cf. Apocal. VI 12.

6) *λαοῦ ἁγίου*] Codex *λαω αγιω*, quod iam Iunius correxit. Hunc locum laudat Clemens Al. Paedag. I 10 p. 152., id quod iam Wottonus adnotavit.

4 Καὶ ἐν ἑτέρῳ τόπῳ λέγει οὕτως·[7]

Λούσασθε καὶ καθαροὶ γένεσθε, ἀφέλεσθε τὰς πονηρίας ἀπὸ τῶν ψυχῶν ὑμῶν ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν μου· παύσασθε ἀπὸ τῶν πονηριῶν ὑμῶν, μάθετε καλὸν ποιεῖν, ἐκζητήσατε κρίσιν, ῥύσασθε ἀδικούμενον, κρίνατε ὀρφανῷ καὶ δικαιώσατε χήρᾳ· καὶ δεῦτε καὶ διελεγχθῶμεν,[8] λέγει· καὶ ἐὰν ὦσιν αἱ ἁμαρτίαι ὑμῶν ὡς φοινικοῦν, ὡς χιόνα λευκανῶ· ἐὰν δὲ ὦσιν ὡς κόκκινον, ὡς ἔριον λευκανῶ. καὶ ἐάν θέλητε καὶ εἰσακούσητέ μου, τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς φάγεσθε· ἐὰν δὲ μὴ θέλητε μηδὲ εἰσακούσητέ μου, μάχαιρα ὑμᾶς κατέδεται· τὸ γὰρ στόμα κυρίου ἐλάλησεν
5 ταῦτα.' Πάντας οὖν τοὺς ἀγαπητοὺς αὐτοῦ βουλόμενος μετανοίας μετασχεῖν ἐστήρισεν[9] τῷ παντοκρατορικῷ βουλήματι αὐτοῦ.

ΚΕΦ. Θ'.

1 Διὸ ὑπακούσωμεν τῇ μεγαλοπρεπεῖ καὶ ἐνδόξῳ βουλήσει αὐτοῦ, καὶ ἱκέται γενόμενοι τοῦ ἐλέους καὶ τῆς χρηστότητος αὐτοῦ προσπέσωμεν καὶ ἐπιστρέψωμεν ἐπὶ τοὺς οἰκτειρμοὺς[1] αὐτοῦ, ἀπολιπόντες τὴν ματαιοπονίαν[2] τήν τε ἔριν καὶ τὸ εἰς θάνατον ἄγον
2 ζῆλος. ἀτενίσωμεν[3] εἰς τοὺς τελείως λειτουργήσαντας τῇ μεγαλο-
3 πρεπεῖ δόξῃ αὐτοῦ. λάβωμεν[4] Ἐνὼχ ὃς ἐν ὑπακοῇ δίκαιος εὑρε-
4 θεὶς μετετέθη, καὶ οὐχ εὑρέθη αὐτοῦ θάνατος. Νῶε[5] πιστὸς εὑρε-

---

4. λουσασθαι. 4. γενεσθαι. 4. αφελεσθαι. 4. παυσασθαι. 4. ρυσασθαι. 4. και.ιελεχθωμεν. 4. ωσιν..αμαρτιαι. 4. φοινικουν..χιονα. 4. φαγεσθαι. 4. θεληται.

CAP. IX. 1. ελαιους. 1. οικτειρμους. 2. λιτουργησαντας.

7) λέγει οὕτως] Ies. I 16—20.

8) δ[ιελεγχθῶμεν] Ita primus Wotton, codex, ut scripsimus, ιελεχθωμεν.

9) ἐστήρισεν] videl. ὁ θεὸς αὐτούς. Cotelerius effatum illud οὐ βούλομαι τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτώλου cum verbo ἐρτήρισεν errore, opinor, coniungit. Cf. c. XIII 4. c. XVIII 12. c. XXXV 5.

CAP. IX. 1) οἰκτειρμούς] vulgo οἰκτιρμούς, sed ita semper codex alex., nec temere, cum οἰκτείρω sit etymon.

2) ματαιοπονίαν] Hoc verbum tametsi hoc loco minus quadrat, mutandum tamen nihil est. Librarius enim ματαιοπονίαν cum ματαιολογίαν confudisse videtur Wottono, qui hoc quoque loco Polycarpum in ep. ad Phil. c. II ad Clementis Romani verba respexisse opinatur. Sed errare videtur: uterque enim locus vix potest componi.

3) ἀτενίσωμεν] Haec et sequentia excerpsit Clemens Al. Strom. IV 16 p. 610. ed. Ven. Neque tamen erat quod Bernardus epistulam Clementis Ro-

Et alio loco sic dicit: 4

‚lavamini et mundamini, auferte mala ex animabus vestris coram oculis meis, quiescite a malitiis vestris, discite facere bonum, quaerite rectum, liberate oppressum; iudicate pupillo et iustificate viduam; et venite et disputemus, dicit Dominus. Et si fuerint peccata vestra quasi phoenicium, sicut nivem dealbabo; si autem fuerint ut coccinum, sicut lanam dealbabo. Et si volueritis et audieritis me, bona terrae comedetis; si autem nolueritis neque exaudiveritis me, gladius devorabit vos; os enim Domini locutum est haec.' Volens igitur omnes dilectos 5
suos poenitentiae fieri participes ex omnipotente sua voluntate eos roboravit.

CAP. IX.

Quare magnificae eius et gloriosae voluntati obsequamur et 1
suppliciter misericordiam et benignitatem eius implorantes relictis vanis operibus et iurgio et aemulatione quae ad mortem ducit ad miserationem eius advolvamur et convertamur. Fixis oculis 2
intueamur eos qui magnificae eius gloriae perfecte inservierunt. Sumamus Enochum, qui in obedientia iustus repertus trans- 3
latus fuit, neque mors eius inventa est. Noë fidelis inventus per 4

---

mani ex Clemente Alexandrino interpolatam esse contenderet. Cui haec opponit Wottonus: „Qui hoc modo ex Clemente Al. arguit, aut eum non probe novit, aut mala fide agit. Eadem enim ratione actum erit de authentia et fide eorum omnium qui a Clemente Alexandrino usquam citantur scriptorum. Nemo enim Patrum maiore licentia usus est in citandis auctoribus s. sacris s. ethnicis; cum ei in more sit non integra auctorum verba semper recitare, sed pro arbitrio suo nunc contrahere, nunc de suo inserere, alia omittere, alia variis modis mutare."

4) *λάβωμεν Ἐνὼχ*] Wottonus: Cf., inquit, quae de Enoch habentur in epistula ad Hebraeos (XI 5), ad quam procul dubio respexit S. Pater et adeo prope ad eam accedit tum in hoc, tum in aliis locis, ut nonnulli de veteribus scriptoribus ecclesiasticis eum aut scripsisse aut saltem ex hebraeo in graecum sermonem eam vertisse autument. Ita Wottonus. Ad hanc de Clemente epistulae ad Hebraeos auctore quaestionem quod attinet nobis quidem persuasum est, Clementem epistulam illam paulinam summo opore usitavisse eamque ad imitandum sibi sumpsisse, minime tamen ipsum scripsisse, cum epistula ad Hebraeos circa annum 67, nostra Clementis anno 96 scripta sit.

5) *Νῶε*] Hebr. XI 7. Apparet quan-

θεὶς διὰ τῆς λειτουργίας αὐτοῦ παλιγγενεσίαν κόσμῳ ἐκήρυξεν, καὶ διέσωσεν δι' αὐτοῦ ὁ δεσπότης τὰ εἰσελθόντα ἐν ὁμονοίᾳ ζῶα εἰς τὴν κιβωτόν.

ΚΕΦ. Γ'.

1 Ἀβραάμ, ὁ φίλος προσαγορευθεὶς,[1] πιστὸς εὑρέθη ἐν τῷ αὐτὸν
2 ὑπήκοον γενέσθαι τοῖς ῥήμασιν τοῦ θεοῦ. οὗτος δι' ὑπακοῆς ἐξῆλθεν ἐκ τῆς γῆς αὐτοῦ καὶ ἐκ τῆς συγγενείας αὐτοῦ καὶ ἐκ τοῦ οἴκου τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ὅπως γῆν ὀλίγην καὶ συγγένειαν ἀσθενῆ καὶ οἶκον μικρὸν καταλιπὼν κληρονομήσῃ τὰς ἐπαγγελείας τοῦ θεοῦ. λέγει γὰρ αὐτῷ·[2]

3 ‚ἄπελθε ἐκ τῆς γῆς σου καὶ ἐκ τῆς συγγενείας σου καὶ ἐκ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου εἰς τὴν γῆν ἣν ἄν σοι δείξω· καὶ ποιήσω σε εἰς ἔθνος μέγα καὶ εὐλογήσω σε καὶ μεγαλυνῶ τὸ ὄνομά σου, καὶ ἔσῃ εὐλογημένος· καὶ εὐλογήσω τοὺς εὐλογοῦντάς σε καὶ καταράσομαι τοὺς καταρωμένους σε, καὶ εὐλογηθήσονται ἐν σοι πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς.'

4 Καὶ πάλιν ἐν τῷ διαχωρισθῆναι αὐτὸν ἀπὸ Λὼτ εἶπεν αὐτῷ ὁ θεός·[3] ‚ἀναβλέψας τοῖς ὀφθαλμοῖς σου ἴδε ἀπὸ τοῦ τόπου οὗ νῦν σὺ εἶ πρὸς βορρᾶν καὶ λίβα καὶ ἀνατολὰς καὶ θάλασσαν· ὅτι πᾶσαν τὴν γῆν ἣν σὺ ὁρᾷς σοὶ δώσω αὐτὴν καὶ
5 τῷ σπέρματί σου ἕως αἰῶνος. καὶ ποιήσω τὸ σπέρμα σου ὡς τὴν ἄμμον τῆς γῆς· εἰ δύναταί τις ἐξαριθμῆσαι τὴν ἄμμον τῆς γῆς, καὶ τὸ σπέρμα σου ἐξαριθμηθήσεται.'

6 Καὶ πάλιν λέγει·[4]

‚ἐξήγαγεν ὁ θεὸς τὸν Ἀβραὰμ καὶ εἶπεν αὐτῷ· Ἀνάβλεψον εἰς τὸν οὐρανὸν καὶ ἀρίθμησον τοὺς ἀστέρας, εἰ δυνήσῃ ἐξαριθμῆσαι αὐτούς· οὕτως ἔσται τὸ σπέρμα σου. ἐπίστευσεν[5] δὲ Ἀβραὰμ τῷ θεῷ, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην.'

---

4. λιτουργιας. — CAP. X. 1. πιστις. 2. συγγενιας. 2. επαγγελειας.

to opere epistulae ad Hebraeos operam dederit Clemens cum et Enochi et Noae nomina πρὸς Ἑβραίους c. XI 5. et 7. laudentur.

ministerium suum mundo regenerationem praedicavit, et per eum animalia quae in concordia arcam sunt ingressa servavit Dominus.

CAP. X.

Abrahamus, amicus vocatus, fidelis inventus est eo quod 1
verbis Dei obtemperaret. Hic per obedientiam e terra sua, e 2
cognatione sua et domo patris sui egressus est, ut exigua terra, cognatione debili et domo parva derelicta quae promissa erant a Deo possideret. Dicit enim ei:

‚exi de terra tua et de cognatione tua et de domo 3
patris tui et vade in terram quam tibi demonstrabo, et faciam te gentem magnam et benedicam tibi et magnificabo nomen tuum, et eris benedictus; et benedicam benedicentibus tibi et maledicam maledicentibus tibi, et benedicentur in te omnes tribus terrae.‘

Et rursus, cum a Lot secederet, dixit ei Deus: 4

‚respice oculis tuis et vide a loco in quo nunc tu es ad aquilonem et africum et orientem et mare; quia ter-
ram quam tu vides tibi dabo omnem et semini tuo usque 5
in saeculum. Et faciam semen tuum sicut arenam terrae; si poterit aliquis dinumerare arenam terrae, etiam etiam semen tuum dinumerabitur.‘

Et rursus dicit: 6

‚eduxit Deus Abraham foras et dixit ei: respice in coelum et numera stellas, si potes dinumerare eas; sic erit semen tuum. Et credidit Abrahamus Deo, et deputatum est ei ad iustitiam.‘

CAP. X. 1) *ὁ φίλος προσαγορευθείς*] Jac. II 23. Clemens Al. Strom. IV 16 loco nostro utitur, id quod iam Wottonus adnotavit.

2) *λέγει γὰρ αὐτῷ*] sc. *ὁ θεός*. Gen. XII 1—3.

3) *καὶ πάλιν — εἶπεν αὐτῷ ὁ θεός*] Gen. XIII 14—16.

4) *καὶ πάλιν λέγει*] Gen. XV 5. 6.

5) *ἐπίστευσεν*] Haec verba Mosis repetit S. Paulus Rom. IV 3.

7 *Διὰ πίστιν*[6] *καὶ φιλοξενίαν ἐδόθη αὐτῷ υἱός ἐν γήρᾳ, καὶ δι' ὑπακοῆς προσήνεγκεν*[7] *αὐτὸν θυσίαν τῷ θεῷ πρὸς ἓν τῶν ὀρέων ὧν ἔδειξεν αὐτῷ.*

ΚΕΦ. ΙΑ'.

1 *Διὰ φιλοξενίαν καὶ εὐσέβειαν Λὼτ ἐσώθη ἐκ Σοδόμων*[1] *τῆς περιχώρου πάσης κριθείσης*[2] *διὰ πυρὸς καὶ θείου, πρόδηλον ποιήσας*[3] *ὁ δεσπότης ὅτι τοὺς ἐλπίζοντας ἐπ' αὐτὸν οὐκ ἐγκαταλείπει, τοὺς δὲ ἑτεροκλινεῖς ὑπάρχοντας εἰς κόλασιν καὶ αἰκισμὸν τίθησι.*
2 *συνεξελθούσης γὰρ αὐτῷ τῆς γυναικὸς ἑτερογνώμονος ὑπαρχούσης καὶ οὐκ ἐν ὁμονοίᾳ εἰς τοῦτο σημεῖον ἐτέθη ὥστε γενέσθαι αὐτὴν στήλην ἁλὸς*[4] *ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης, εἰς τὸ γνωστὸν εἶναι πᾶσιν ὅτι οἱ δίψυχοι*[b] *καὶ οἱ διστάζοντες περὶ τῆς τοῦ θεοῦ δυνάμεως εἰς κρίμα καὶ εἰς σημείωσιν πάσαις ταῖς γενεαῖς γίνονται.*

ΚΕΦ. ΙΒ'.

1.2 *Διὰ πίστιν καὶ φιλοξενίαν ἐσώθη Ῥαὰβ*[1] *ἡ πόρνη. Ἐκπεμφθέντων γὰρ ὑπὸ Ἰησοῦ τοῦ τοῦ Ναυῆ κατασκόπων εἰς τὴν Ἰεριχὼ ἔγνω ὁ βασιλεὺς τῆς γῆς ὅτι ἥκασιν*[2] *κατασκοπεῦσαι τὴν χώραν αὐτῶν*[3] *καὶ ἐξέπεμψεν ἄνδρας τοὺς συλλημψομένους*[4] *αὐτούς, ὅπως συλ-*
3 *λημφθέντες θανατῶσιν. ἡ οὖν φιλόξενος Ῥαὰβ εἰσδεξαμένη αὐτοὺς*

---

7. *ορειων.*

CAP. XI. 1. *κριθησης.* 2. *θιου.* 2. *ετερογνωμος*, confirmatum a Tischendorfio. 2. *σημιωσιν.*

CAP. XII. 1. *εκπεφθεντων* (‚sic' addit Tischendorf.). 2. *ηκασιν.*

6) *διὰ πίστιν*] Gen. XXI. XXII.

7) *προσήνεγκεν*] Hebr. XI 17.

CAP. XI. 1) *ἐκ Σοδόμων*] Gen. XIX.

2) *κριθείσης*] De significatione v. *κρίνειν* puniendi cf. Jo. III 18. XII 47. Act. VII 7.

3) *πρόδηλον ποιήσας*] Oratio anacoluthica, cuius apud grammaticos frustra quaesivimus exempla. Neque enim sunt nominativi absoluti, sed *ἀνακολούθως* h. l. mutantur subiecta.

4) *στήλην ἁλὸς*] Cf. librum quem inscripsimus: Peregrinatores medii aevi IV p. 59: Burchardum de Monte Sion VII 45. Gen. XIX 26 et ad hunc locum Delitzschium p. 389. Sap. Sal. X 7. Flavium Josephum Ant. I 11. 4: *ἱστόρηκα αὐτὴν, ἔτι γὰρ καὶ νῦν διαμένει.* C. Ritteri geogr. XIV 1056. XV (1) 733. J. Sepp, Jerusalem I 665 sq. Eiusd. architect. Studien p. 109. Constat incolas Palaestinae peregrinatoribus ab omni inde tempore ostendisse et etiamnunc ostendere columnam salis (sed variis, ut videtur, locis).

Propter fidem et hospitalitatem datus est ei filius in senectute, 7
et per obedientiam obtulit eum in sacrificium Deo in uno montium
quem ei ostenderat.

CAP. XI.

Propter hospitalitatem et pietatem Lot ex Sodoma salvus eva- 1
sit, cum tota regio in circuitu igne et sulphure puniretur, Domino
palam faciente se non derelinquere sperantes in ipsum, contra
vero qui a mandatis eius declinent, eos se suppliciis et tormentis
puniturum. Uxor enim eius, quae una cum eo egressa est, cum ab 2
eo dissentiret nec in concordia persisteret, in signum propterea po-
sita et salis statua usque in hodiernum diem facta est, ut omnibus
innotesceret animo duplices et de potentia divina haesitantes in
iudicium et signum omnibus generationibus propositum iri.

CAP. XII.

Propter fidem et hospitalitatem Rahab meretrix incolumis 1.2
servata est. Missis enim a Josua filio Navae ad urbem Iericho
speculatoribus rescivit terrae rex venisse terrae eorum explora-
tores, et viros emisit qui eos comprehenderent, ut comprehensi ne-
carentur. Eos igitur hospitalis Rahab suscipiens in solario domus 3

---

5) *δίψυχοι*] Clemens recordatur Iac. I 8. Cf. Hermae Past. l. I vis. I c. 1. Vis. IV c. 1. Adde ind. verb.

CAP. XII. 1) *Διὰ πίστιν κ. φ. ἐσώθη Ῥαάβ*] H. l. Clemens Romanus, ut adsolet, scriptorem ep. ad Hebr. XI 31 sequitur. Locum repetiit Clemens Al. Strom. IV 17 p. 610, citatus a Wottono.

2) *ἤχασιν*] De hac verbi forma cf. Al. Buttmann p. 52.

3) *αὐτῶν*] Est constructio ad synesin: Al. Buttmannus p. 93 citat II Cor. II 13. Matth. IV 23. IX 35. Act. VIII 5. XX 2. Et cf. infra XVII 5. *αὐτῶν*, quod alii volunt, et absurdum esset, cum nullus explorator suam ipsius terram exploret, et propter leges criticae non ferendum: vid. Al. Buttmann p. 97. Docet Tischendorfius in Novi Test. edit. VII (non VIII) maiore prol. p. LVIII sq. in vetustissimis codicibus qui spiritum asperum exhibeant (videlicet saeculorum VIII IX X) ante pronomen *αυτου* s. *αυτων* semper praecedere *μετ*, *απ*, nunquam *μεθ'*, *ἀφ'* cet.

4) *συλλημψομένους*] Codex habet *συλληψομένους*, sed idem habet *συλλημφθέντες;* et cf. Al. Buttmannum p. 54. Nam Act. I 8 est *λήμψεσθε*, Matth. X 41 *λήμψεται* ap. Lachmannum et Tischendorfium, quorum uterque etiam edidit *λήμψεται* Mt. XIX 29, *λήμψονται* XX 10, *λήμψεσθε* XXI 22, *λήμψονται* Mr. XII 40.

4 ἔκρυψεν εἰς τὸ ὑπερῷον ὑπὸ τὴν λινοκαλάμην. ἐπισταθέντων[5] δὲ
τῶν παρὰ τοῦ βασιλέως καὶ λεγόντων·[6] „Ἄνδρες πρός σε ἦλθον οἱ
κατάσκοποι τῆς γῆς ἡμῶν, ἐξάγαγε αὐτούς, ὁ γὰρ βασιλεὺς οὕτως
κελεύει", ἡ δὲ[7] ἀπεκρίθη· „Εἰσῆλθον οἱ δύο ἄνδρες[8] οὓς ζητεῖτε
πρός με, ἀλλὰ ταχέως ἀπῆλθον, καὶ πορεύονται", οὐχ ὑποδεικνύουσα
5 αὐτοῖς ἐκείνους.[9] καὶ εἶπεν πρὸς τοὺς ἄνδρας· „Γινώσκουσα γινώ-
σκω[10] ἐγὼ ὅτι κύριος ὁ θεὸς[11] ὑμῶν παραδίδωσιν ὑμῖν τὴν
πόλιν[12] ταύτην, ὁ γὰρ φόβος καὶ ὁ τρόμος[13] ὑμῶν ἐπέπεσεν τοῖς
κατοικοῦσιν[14] αὐτήν· ὡς ἐὰν[15] οὖν γένηται λαβεῖν αὐτὴν ὑμᾶς, δια-
6 σώσατε μέ καὶ τὸν οἶκον τοῦ πατρός μου." καὶ εἶπαν αὐτῇ· „Ἔσται
οὕτως, ὡς ἐλάλησας ἡμῖν. ὡς ἐὰν οὖν γνῶς παραγινομένους ἡμᾶς,
συνάξεις πάντας τοὺς σοὺς ὑπὸ τὸ τέγος[16] σου, καὶ διασωθήσονται·
7 ὅσοι γὰρ ἐὰν εὑρεθῶσιν ἔξω τῆς οἰκίας ἀπολοῦνται." καὶ προσέ-
θεντο αὐτῇ δοῦναι[17] σημεῖον, ὅπως κρεμάσῃ ἐκ τοῦ οἴκου αὐτῆς
κόκκινον· πρόδηλον ποιοῦντες ὅτι διὰ τοῦ αἵματος τοῦ κυρίου λύ-
τρωσις ἔσται[18] πᾶσιν τοῖς πιστεύουσιν καὶ ἐλπίζουσιν ἐπὶ τὸν θεόν.
8 ὁρᾶτε, ἀγαπητοί, οὐ μόνον πίστις, ἀλλὰ προφητεία ἐν τῇ γυ-
ναικὶ γέγονεν.

---

4. λεγοντων.....θον. 4. της.....ιξαγαγε. 4. βα.....τως.
4. εισηλθον.....δρες. 4. με.....ως. 4. πορευον.. ...υποδεικνυουσα.
4. εκ.....και. 5. ανδρασγ....σκουσα. 5. οτι.....υμων. 5. υμιν.....λιν.
5. καιο...μος. 6. κα...κουσιν. 5. γεν....λαβειν. 6. υποτυτυεγοσσου.

5) ἐπισταθέντων δὲ τῶν] Citantur haec ex cap. II Iosuae, sed non αὐτολεξεί. Wotton.

6) λεγόντων] Quae sequuntur restituit Iunius, qui et τῆς γῆς ἡμῶν primus scripsit, et βασιλεὺς οὕτως.

7) ἡ δὲ ἀπεκρίθη] Davisius ἥδε scribendum coniecit, speciosius, opinor, quam rectius. Classica quoque graecitas iteratum δὲ ignorat. Nec dissentit a nobis Tischendorfius.

8) [οἱ δύο ἄν]δρες] Ita primus scripsit Iunius; qui et ἀλλὰ ταχέως reposuit.

9) καὶ πορεύον[ται οὐχ]ὑποδεικνύουσα αὐτοῖς ἐ[κείνους] Ita hunc locum restituit Cotelerius. Iunius scripsit: καὶ πορεύονται ὁδὸν ὑποδεικνύουσα αὐτοῖς ἐναντίαν.

10) γινώσκουσα γινώσκω] Hebraizat Clemens. Cf. Al. Buttmann p. 268 sq.

11) ὅτι [κύριος ὁ θεὸς] Ita Iunius, inserens in lacunam κῡοθσ̄.

12) [τὴν πό]λιν ταύτην] Locum ita restituit Iunius.

13) καὶ ὁ [τρό]μος] Iunius et reliqui omnes editores scripserunt καὶ τρόμος. Tischendorfius autem haec adnotat: „Littera ο statis apparet, ut non du-

sub lini stipula occultavit. Supervenientibus autem viris a rege 4
missis ac dicentibus: ‚Viri ad te ingressi sunt, regionis nostrae exploratores, educ eos; sic enim imperat rex', illa respondit: ‚Ingressi sunt duo viri ad me quos quaeritis, sed confestim abierunt et ambulant', non ostendens eis illos. Et dixit viris: ‚Probe scio Domi- 5
num Deum vestrum urbem hanc vobis traditurum esse; timor enim et pavor vestri incessit incolas eius. Simulac igitur capere illam vobis contigerit, incolumem me servate et domum patris mei.' Et dixerunt ei: ‚Sic erit, ut locuta es nobis. simulac igitur nos ap- 6
propinquantes cognoveris, cognatos tuos omnes sub tecto tuo congregabis, et servabuntur; quotquot vero extra domum tuam invenientur, peribunt.' Praeterea addiderunt ut signum illa daret, ut 7
nempe funiculum coccineum e domo sua demitteret, manifestum facientes, omnibus qui credant et sperent in Deum per sanguinem Domini esse redemtionem futuram.

Videte, dilecti, non solum fides, sed etiam prophetia in mu- 8
liere fuit.

---

bium sit *καὶ ὁ τρόμος* post *φόβος* scriptum fuisse." Ceterum Wottonus adnotat: haec fusius a Clemente dari quam hodie legantur apud LXX.

14) *κ[ατοι]κοῦσιν*] Ita primus legit Iunius. Ad hunc locum Cotelerius adnotat, Clementem legisse comma versiculi IX (Jos. II), quod a multis editionibus versionis LXX interpretum absit, in complutensi vero sic efferatur: *καὶ κατέπτησον πάντες οἱ κατοικοῦντες τὴν γῆν ἀφ' ὑμῶν.*

15) *ὡς ἐάν*] In Novo Testamento et apud seriores particulam *ἐάν* pro *ἄν* saepe usurpari dicit in lexico Passowius. Ita Matth. X 14 *ὅς ἄν*, v. 42 *ὅς ἐάν* legit Tischendorfius in ed. VIII maiore. Eodem modo pro *ὡς ἄν*, simulac, quod saepe legitur in N. T., h. l. habemus *ὡς ἐάν*. Cf. I Cor. XI 34. Cf. J. N. Madvig Syntax der griech. Sprache S. 123 § 122 Not. 1.

16) *ὑπὸ τὸ τέγος σου*] Attendas ad codicis lectionem supra scriptam. Constat et a Tischendorfio confirmatur non *ου*, sed *σου* sequi post *τεγος*, et librarium more suo syllabam *το* bis exarasse. *τέγος*, non *στέγος*, legendum esse nobis quidem persuasum est.

17) *προσέθεντο δοῦναι*] Apud LXX Ios. II 18 legimus: *καὶ θήσεις τὸ σημεῖον.* Neque aliud quicquam in ipsis Bibliis hebraicis reperimus. Itaque viri illi a Raab petierunt ut daret sibi signum. Iniuria igitur ab aliis mutata est Iunii et Cotelerii versio.

18) *πρόδηλον — λύτρωσις ἔσται*] Ad haec Hefelius: „Eandem, inquit, allegoricam interpretationem reperies apud Iustinum dial. c. Tryph. n. 111. Irenaeum adv. haer. IV 20. n. 12 ed. Massuet." Quos locos et Wottonus iam citavit.

ΚΕΦ. ΙΓ'.

1 Ταπεινοφρονήσωμεν οὖν, ἀδελφοί, ἀποθέμενοι πᾶσαν ἀλαζονίαν καὶ τύφος[1] καὶ ἀφροσύνην καὶ ὀργάς· καὶ ποιήσωμεν τὸ γεγραμμένον — λέγει γὰρ[2] τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον·[3] ,μὴ καυχάσθω ὁ σοφὸς ἐν τῇ σοφίᾳ αὐτοῦ, μηδὲ ὁ ἰσχυρὸς ἐν τῇ ἰσχύϊ αὐτοῦ, μηδὲ ὁ πλούσιος ἐν τῷ πλούτῳ αὐτοῦ· ἀλλ' ἢ[4] ὁ καυχώμενος ἐν κυρίῳ[5] καυχάσθω, τοῦ ἐκζητεῖν αὐτὸν καὶ ποιεῖν κρίμα καὶ δικαιοσύνην' — μάλιστα μεμνημένοι τῶν λόγων τοῦ κυρίου Ἰησοῦ οὓς ἐλάλησεν διδάσκων ἐπιείκειαν
2 καὶ μακροθυμίαν. οὕτως[6] γὰρ εἶπεν·[7] ,ἐλεεῖτε, ἵνα ἐλεηθῆτε· ἀφίετε, ἵνα ἀφεθῇ ὑμῖν· ὡς ποιεῖτε, οὕτω ποιηθήσεται ὑμῖν· ὡς δίδοτε, οὕτως δοθήσεται ὑμῖν· ὡς κρίνετε, οὕτως κριθήσεται ὑμῖν· ὡς χρηστεύεσθε, οὕτως χρηστευθήσεται ὑμῖν· ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε, ἐν αὐτῷ μετρηθήσεται
3 ὑμῖν.' ταύτῃ τῇ ἐντολῇ καὶ τοῖς παραγγέλμασιν[8] τούτοις στηρίσωμεν ἑαυτοὺς εἰς[9] τὸ πορεύεσθαι ὑπηκόους ὄντας[10] τοῖς ἁγιο-

---

CAP. XIII. 1. *αλαζονιαν.* 1. *ισχυιαυτο.* 1. *μηδε.* 1. *δικαιοσυν..μαλιστα.* 1. *διδασκω.επιεικιαν.* 1. *μακροθυμιαν..τως.* 2. *ελεατε.* 2. *ελεηθ.τε.* 2. *ω.ποιειτε.* 2. *υμ..* 2. *δοθησεται....ως κρινεται.* 2. *κριθησε..... στευεσθαι.* 2. *χρη.....σεται μετρω με.....εν.* 3. *υμιν.....ηεντολη.* 3. *παραγγελ.....τουτοις.* 3. *εαυ.....τοπορευεσθαι.* 3. *υπεκοουσ...στοις.*

CAP. XIII. 1) *τύφος*] Hoc substantivum apud classicos masculini tantum generis esse videtur; ad neutrum autem, quod h. l. est, Dresselius citat Concil. Ephes. canon. VIII ap. Routh scriptores eccl. opusc. p. 395: *ἐξουσίας τῦφος κοσμικῆς.* — Ad accentum quod attinet eodem modo *κρίμα* accentuatur in N. T., non *κρῖμα*: e. c. Mr. XII 40 in edit. Tischendorfii maiore VIII. Cf. Richard Adelbert Lipsius: Grammatische Untersuchungen über die biblische Graecität. Leipz. 1863. p. 40.

2) *λέγει γὰρ*] Inde a vocabulo *λέγει* usque ad *κρίμα καὶ δικαιοσύνην* parenthesi includenda esse omnia primus vidit Hefelius.

3) *τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον*] Jerem. IX 23. 24. Sed desunt verba *τοῦ ἐκζητεῖν αὐτὸν.* Cf. etiam I Cor. I 31 II Cor. X 17. Quae omnia Wottonus primus adnotasse videtur.

4) *ἀλλ' ἢ*] Cf. ind. verb.

5) *ἐν κυρίῳ*] Haec verba non leguntur apud LXX Ier. IX, sed apud S. Paulum I Cor. I 31 II Cor. X 17.

6) *οὕτως*] Ita primus Iunius, qui et reliquas omnes quae verbis sequentibus usque ad *ταύτῃ τῇ ἐντολῇ* insunt lacunas explevit.

7) *οὕτως γὰρ εἶπεν*] Quae sequuntur usque ad verba *μετρηθήσεται ὑμῖν* memoriter tantum citat Clemens. Nam verbum *ἐλεεῖτε* sumpsit ex Matth. V 7,

CAP. XIII.

Humiles igitur mente simus, fratres, fastum omnem, super- 1
biam, amentiam et iras deponentes; et quod scriptum est faciamus
— dicit enim Spiritus Sanctus: ‚non glorietur sapiens de sa-
pientia sua, et non glorietur fortis de fortitudine sua, et
non glorietur dives de divitiis suis; sed qui gloriatur,
de Domino glorietur, quaerendo illum et faciendo ius
et iustitiam' — memoria praecipue recolentes sermones Domini
Iesu quos aequitatem et longanimitatem docens locutus est. Sic 2
enim dixit: ‚miseremini, ut misericordiam consequamini;
dimittite, ut vobis dimittatur; prout facitis, ita vobis
fiet; sicut datis, ita vobis retribuetur; sicut iudicatis,
ita iudicabimini; sicut benigni estis, ita benignitatem
experiemini; qua mensura metimini, eadem vobis men-
surabitur.' Hoc praecepto et his mandatis stabiliamus nos ipsos, 3
ut in obedientia sanctorum eloquiorum eius cum omni humilitate

---

ἀφίετε est apud Matth. VI 14, ποιεῖτε legimus Matth. VII 12 Luc. VI 31, δίδοτε Luc. VI 38, κρίνετε Matth. VII 2 Luc. VI 37, μέτρῳ Luc. VI 38 Matth. VII 2.

8) παραγγέλμασιν] Ita codex, non παραγγέλμασι, quod legunt omnes. Codicis auctoritate multo saepius quam adhuc factum est νῦ ἐφελκυστικόν posuimus, saepius etiam quam Hilgenfeldius, qui hac in re viam aperuit. Cf. Al. Buttmann p. 8.

9) στηρίσωμεν ἑαυ[τοὺς εἰς] τὸ πορεύεσθαι] Iunius scripsit: στηρίξωμεν ἑαυτοὺς τὸ πορεύεσθαι. Jacobsonus autem πρὸς addidit, sic: στηρίξωμεν ἑαυτοὺς πρὸς τὸ πορεύεσθαι. Sed displicet πρὸς istud, cum et S. Pauli et Clementis loquendi usus postulet εἰς. Vid. Al. Buttmann p. 227 et exempla a nobis in ind. verb. ad verba εἰς τὸ collecta plurima. Neque neglegendum Tischendorfium eadem censere. Qui in append. codicum p. XVIII „non πρὸς, sed εἰς pro spatio ante πορεύεσθαι periisse" statuit. Accedit Jacobsoni auctoritas, qui cum septem vel octo litteras, quarum quattuor a syllaba τοὺς occupantur, desiderari testetur, Tischendorfii et nostrae coniecturae εἰς locum non est quin concedat.

10) ὑπηκόους ὄντας] H. l. Wottoni e coniectura legitur ὑπηκόους ἡμᾶς; quod nisi supervacaneum est, inepto certe loco positum esse videtur. Melius quod scripsimus ὄντας convenire putamus. De spatio si quaeris, mensi sumus lineas parisienses sex quae aequant litteras quattuor verbi ὄντας. Verbum quidem ὑπάρχων hac ratione positum adamat Clemens: cf. I 1. XI 1. 2. Et cf. LVI 16 καὶ γὰρ ἀγαθὸς ὢν παιδεύει ὁ θεός.

πρεπέσι λόγοις αὐτοῦ,[11] ταπεινοφρονοῦντες. Φησὶν γὰρ ὁ ἅγιος
4 λόγος·[12] ,ἐπὶ τίνα ἐπιβλέψω,[13] ἀλλ' ἢ[14] ἐπὶ τὸν πραῦν[15]
καὶ ἡσύχιον καὶ τρέμοντά μου τὰ λόγια;'

ΚΕΦ. ΙΔ'.

1 Δίκαιον οὖν καὶ ὅσιον, ἄνδρες ἀδελφοί, ὑπηκόους ἡμᾶς μᾶλλον
γενέσθαι τῷ θεῷ ἢ τοῖς ἐν ἀλαζονίᾳ καὶ ἀκαταστασίᾳ μυσεροῦ[1]
2 ζήλους ἀρχηγοῖς ἐξακολουθεῖν. βλάβην γὰρ οὐ τὴν τυχοῦσαν, μᾶλ-
λον δὲ κίνδυνον ὑποίσομεν μέγαν, ἐὰν ῥιψοκινδύνως ἐπιδῶμεν ἑαυ-
τοὺς τοῖς θελήμασιν τῶν ἀνθρώπων, οἵτινες ἐξακοντίζουσιν[2] εἰς
ἔριν καὶ στάσεις εἰς τὸ ἀπαλλοτριῶσαι ἡμᾶς τοῦ καλῶς ἔχοντος.
3 χρηστευσώμεθα αὐτοῖς[3] κατὰ τὴν εὐσπλαγχνίαν καὶ γλυκύτητα τοῦ
4 ποιήσαντος ἡμᾶς. γέγραπται γὰρ·[4]

,Χρηστοὶ ἔσονται οἰκήτορες γῆς, ἄκακοι δὲ ὑπολει-
φθήσονται ἐπ' αὐτῆς· οἱ δὲ παρανομοῦντες[5] ἐξολεθρευ-
θήσονται ἀπ' αὐτῆς.'

5 Καὶ παλιν λέγει·[6]

,Εἶδον τὸν[7] ἀσεβῆ[8] ὑπερυψούμενον καὶ ἐπαιρόμενον
ὡς τὰς κέδρους τοῦ Λιβάνου· καὶ παρῆλθον, καὶ ἰδοὺ οὐκ
ἦν, καὶ ἐξεζήτησα τὸν τόπον αὐτοῦ, καὶ οὐχ εὗρον. φύ-
λασσε ἀκακίαν καὶ ἴδε εὐθύτητα, ὅτι ἐστὶν ἐγκατάλειμμα[9]
ἀνθρώπῳ εἰρηνικῷ.'

---

3. αυ....απεινοφρονουντες. 4. ...ινγαρ. 4. τινα...βλεψω. — 4. και..υχιον.
CAP. XIV. 1. ..καιον. 1. αλαζονια. 1. μυσερου. 2. στασις. 5. ιδον.
5. ασεβην. 5. αιπερομενον. 5. εκκαταλιμμα.

11) αὐτοῦ] sc. θεοῦ, elliptice positum, ut II 9.

12) ὁ ἅγιος λόγος] Iesaia LXVI 2.

13) ἐπιβλέψω primus scripsit Iunius.

14) ἀλλ' ἤ] Vid. Phil. Buttmann Griech. Gramm. p. 504. Al. Buttmann p. 520.

15) ἐπὶ τὸν πραῦν καὶ ἡσύχιον] Versio LXX ἐπὶ τὸν ταπεινὸν καὶ ἡσύχιον. Clemens ἐπὶ τὸν πραῦν. Ita et Athanasius necnon Chrysostomus videntur legisse: comment. in Gen. tom. 9 et in S. Matth. hom. 15 et 66 et aliis locis saepissime. Videntur sancti Patres citasse haec memoriter, attendentes potius ad sensum loci quam ad ipsa verba. Wotton.

CAP. XIV. 1) μυσεροῦ] Ita, non μυσαροῦ, codex. Cf. ind. verb.

2) ἐξακοντίζουσιν] Hoc verbo significatio collineandi quanquam per se inesse potest, alibi tamen reperta non est.

3) αὐτοῖς] videl. ἀνθρώποις. Nihil

semper ambulemus. Dicit enim verbum sanctum: ‚quem respi- 4
ciam, nisi humilem et quietum et trementem sermones meos?‘

CAP. XIV.

Iustum igitur et pium est, viri fratres, nos Deo potius obedien- 1
tes esse, quam cum superbia et turbulentia detestandae aemulationis duces et auctores sequi. Detrimentum enim non leve, immo 2
vero grande periculum sustinebimus, si praecipitanter voluntatibus hominum nos tradiderimus qui ad contentionem et seditiones collineant, ut nos ab eo quod rectum et bonum est abalienent. Benigni erga ipsos simus secundum misericordiam et dulcedinem 3
creatoris nostri. Scriptum est enim: 4

‚benigni incolae erunt terrae; innocentes relinquentur in ea; iniqui vero exterminabuntur ab illa.‘

Et rursus dicit: 5

‚vidi impium superexaltatum et elevatum sicut cedros Libani; et transivi, et ecce, non erat; et quaesivi locum illius, et non inveni. Custodi innocentiam et vide aequitatem, quoniam futura proposita sunt homini pacifico.‘

---

mutandum, et recte vertit Cotelerius, Iunius: Benigni erga nos invicem simus.

4) *γέγραπται γὰρ*] Prov. II 21. 22 et Psalm. XXXVI 38 quae memoriter recitans confudit Clemens. Et cf. quae ad Prov. II 21 adnotat Tischendorfius et Wottoni notam ad hunc Clementis locum.

5) *οἱ δὲ παρανομοῦντες*] Uterque Clemens in hoc loco citando omiserunt: *ὁδοὶ δὲ ἀσεβῶν ἐκ γῆς ὀλοῦνται* et pro *οἱ δὲ παράνομοι ἐξωσθήσονται ἀπ' αὐτῆς* posuerunt *οἱ δὲ παρανομοῦντες ἐξολεθρευθήσονται ἀπ' αὐτῆς*, seu potius duas sententias in unam contraxerunt, *ὀλοῦνται* et *ἐξωσθήσονται* explicantes per *ἐξολεθρευθήσονται*. Huiusmodi autem citationes, quibus aliquid brevius explicatur, non sunt alienae vel a sacris scriptoribus, vel a Patribus. Wotton.

6) *καὶ πάλιν λέγει*] sc. *ὁ θεός*, elliptice. Citatur Psalm. XXXVI 35. 36.

7) *εἶδον τὸν ἀσεβῆ*] Articulum omisit librarius; quare restituimus ex versione LXX interpretum. Cf. XVI 13 *ἐν*. Scriptionem *ἰδον* primus correxit Wottonus.

8) *εἶδον τὸν ἀσεβῆ*] Haec et quae sequuntur usque ad initium cap. XVI *ἐπὶ τὸ ποίμνιον αὐτοῦ* repetit Clemens Alexandr. Strom. IV 5 p. 577.

9) *ἐγκατάλειμμα*] Hoc vocabulum Hefelii sententia est vel i. q. memo-

ΚΕΦ. ΙΕ'.

1 Τοίνυν κολληθῶμεν τοῖς μετ' εὐσεβείας εἰρηνεύουσιν, καὶ μὴ
2 τοῖς μεθ' ὑποκρίσεως βουλομένοις[1] εἰρήνην. λέγει γάρ που·[2]
,οὗτος ὁ λαὸς τοῖς χείλεσίν με τιμᾷ, ἡ δὲ καρδία
αὐτῶν πόρρω ἄπεστιν ἀπ' ἐμοῦ.'
3 Καὶ πάλιν·[3]
,τῷ στόματι αὐτῶν εὐλογοῦσαν,[4] τῇ δὲ καρδίᾳ αὐ-
τῶν κατηρῶντο.'
4 Καὶ πάλιν λέγει·[5]
,ἠγάπησαν αὐτὸν τῷ στόματι αὐτῶν, καὶ τῇ γλώσσῃ
αὐτῶν ἐψεύσαντο αὐτόν· ἡ δὲ καρδία αὐτῶν οὐκ εὐθεῖα
μετ' αὐτοῦ, οὐδὲ ἐπιστώθησαν ἐν τῇ διαθήκῃ αὐτοῦ.
5 ἄλαλα γενηθήτω[6] τὰ χείλη τὰ δόλια, καὶ ἐξολεθρεύσαι[7]
κύριος πάντα τὰ χείλη τὰ δόλια καὶ γλῶσσαν μεγαλορή-
μονα,[8] τοὺς εἰπόντας· Τὴν γλῶσσαν ἡμῶν μεγαλυνοῦμεν,[9]
τὰ χείλη ἡμῶν παρ' ἡμῖν ἐστιν· τίς ἡμῶν κύριός ἐστιν;
6 ἀπὸ τῆς ταλαιπωρίας τῶν πτωχῶν καὶ ἀπὸ τοῦ στε-
ναγμοῦ τῶν πενήτων νῦν ἀναστήσομαι, λέγει κύριος,
7 θήσομαι ἐν σωτηρίᾳ. παρρησιάσομαι ἐν αὐτῷ.'[10]

ΚΕΦ. Ις'.

1 Ταπεινοφρονούντων γάρ ἐστιν ὁ Χριστὸς, οὐκ ἐπαιρομένων
ἐπὶ τὸ ποίμνιον αὐτοῦ. τὸ σκῆπτρον τῆς μεγαλωσύνης τοῦ θεοῦ, ὁ

CAP. XV. 1. κολλωθωμεν, sed corrrectum, ut videtur, in κολληθωμεν; videatur Tischendorfius p. XVIII. 3. κατηρουντο, quod confirmat Tischendorfius. 4. .αι. 4. στωματιαυ.των. 4. καρδιαυ.ων. 5. μεγαλυνωμεν. 6. αναστησομεν. sic codex; Hilgenfeldius cum LXX scribit σωτηρίῳ.

ria, vel i.q. posteri. Wocherus interpretatur: eine frohe Zukunft. Symmachus: ὅτι ἐστὶ μέλλοντα ἀνθρώπῳ εἰρηνικῷ. Hebraicum אַחֲרִית Psalmi XXXVII 37 Delitzschius vertit: heilwärtige Zukunft. Qui citat Prov. XXIII 18 XXIV 14. 20.

CAP. XV. 1) βουλομένοις] Vocabulum hoc quamvis sit paulo inopportunius, mutandum tamen nihil. Dicit enim Clemens illos pietate motos pacem servare, hos simulatione plenos pacem prae se ferre, quam tametsi nolint, se velle fingant.

2) λέγει γάρ που] Menti scriptoris obversantur quae legimus Marci VII 6, ubi citatur Ies. XXVIII 13.

3) καὶ πάλιν] Psalm. LXI 5.

CAP. XV.

Adhaereamus itaque iis qui cum pietate pacem colunt, non 1
autem iis qui cum simulatione pacem volunt. Dicit enim alicubi: 2
‚populus hic labiis me honorat, cor autem eorum
longe abest a me.‘
Et rursus: 3
‚ore suo benedicebant, et corde suo maledicebant.‘
Et rursus dicit: 4
‚dilexerunt eum in ore suo, et lingua sua sunt ei
mentiti: cor autem eorum non rectum cum eo, nec fideles
habiti sunt in testamento eius. Muta fiant labia dolosa, 5
et disperdat Dominus universa labia dolosa et linguam
magniloquam, eos qui dixerunt: linguam nostram ma-
gnificabimus, labia nostra apud nos sunt; quis nobis
dominus est? Propter miseriam inopum et gemitum 6
pauperum nunc exsurgam, dicit Dominus; ponam eos
in salute. Confidam ei.‘ 7

CAP. XVI.

Christus enim eorum est qui humiliter de se sentiunt, non eo- 1
rum qui supra gregem eius sese efferunt. Sceptrum maiestatis 2

---

4) *εὐλογοῦσαν*] I. e. *εὐλογοῦν*. Est forma alexandrina: cf. Al. Buttmann p. 37.

5) *καὶ πάλιν λέγει*] Ps. LXXVII 36. 37 et XXX 19 et XI 4—6.

6) *ἄλαλα γενηθήτω*] Ps. XXX 19.

7) *καὶ ἐξολεθρεύσαι*] Ps. XI 4—6. Sed verba *ἐξολεθρεύσαι κύριος πάντα τὰ χείλη τὰ δόλια* propter ea quae praecedunt *τὰ χείλη τὰ δόλια* librarii culpa exciderunt et restituta sunt ab Henrico Wotton.

8) *μεγαλορήμονα*] Ita, non *μεγαλορρημα*, e codice primus scripsit Hilgenfeldius. Vid. Al. Buttmann p. 29.

9) *μεγαλυνοῦμεν*] Ita habent et LXX, et Clemens Alexandrinus l. cit. his verbis utens; sed codex noster exhibet formam *μεγαλυνωμεν*. At librarius hoc capite solito magis dormitans cum supra *κατηροντο* pro *κατηρωντο* scripserit, eadem ratione hic *ω* pro *ου* pinxisse videtur. Notandum enim et vulgatam exhibere *magnificabimus*, et textum hebraicum נַגְבִּיר. Quamobrem cum Davisio codicis lectionem *μεγαλυνωμεν* missam fecimus. Neque sensui satisfacit.

10) *παρρησιάσομαι ἐν αὐτῷ*] Verba difficillima. Hebraica sunt יָפִיחַ לוֹ XII 6. Quae sic vertit Delitzschius: Ich will in Heil versetzen den der danach schmachtet. Quidsi interpres graecus dicat: *confidam ei*, videl. Deo, ita ut sint verba ipsius psalmistae? Hefelius *ἐν αὐτῷ* collective dictum iudicat.

κύριος ἡμῶν Χριστὸς Ἰησοῦς, οὐκ ἦλθεν ἐν κόμπῳ ἀλαζονίας οὐδὲ ὑπερηφανίας, καίπερ δυνάμενος·[1] ἀλλὰ ταπεινοφρονῶν, καθὼς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον περὶ αὐτοῦ ἐλάλησεν. φησὶν γάρ·[2]

3 ,κύριε, τίς ἐπίστευσεν τῇ ἀκοῇ ἡμῶν; καὶ ὁ βραχίων κυ-
ρίου τίνι ἀπεκαλύφθη; ἀνηγγείλαμεν ἐναντίον αὐτοῦ· ὡς
παιδίον, ὡς ῥίζα ἐν γῇ διψώσῃ, οὐκ ἔστιν εἶδος αὐτῷ οὐδὲ
δόξα· καὶ εἴδομεν αὐτὸν, καὶ οὐκ εἶχεν εἶδος οὐδὲ κάλλος,
ἀλλὰ τὸ εἶδος αὐτοῦ ἄτιμον, ἐκλεῖπον παρὰ τὸ εἶδος τῶν
ἀνθρώπων· ἄνθρωπος ἐν πληγῇ ὢν καὶ πόνῳ, καὶ εἰδὼς
φέρειν μαλακίαν, ὅτι ἀπέστραπται[3] τὸ πρόσωπον αὐ-
4 τοῦ, ἠτιμάσθη καὶ οὐκ ἐλογίσθη. οὗτος τὰς ἁμαρτίας
5 ἡμῶν φέρει καὶ περὶ ἡμῶν ὀδυνᾶται, καὶ ἡμεῖς ἐλογι-
σάμεθα αὐτὸν εἶναι ἐν πόνῳ[4] καὶ ἐν πληγῇ καὶ ἐν κα-
κώσει· αὐτὸς δὲ ἐτραυματίσθη διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν
καὶ μεμαλάκισται διὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν. παιδεία εἰρή-
νης ἡμῶν ἐπ' αὐτόν·[5] τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἡμεῖς ἰάθημεν.
6 πάντες ὡς πρόβατα ἐπλανήθημεν. ἄνθρωπος τῇ ὁδῷ
7 αὐτοῦ ἐπλανήθη· καὶ κύριος παρέδωκεν αὐτὸν ὑπὲρ τῶν

CAP. XVI. 2. αλαζονιας. — 2. φησιν. 3. ανηγγιλαμεν. — 3. εκλιπον. 5. παιδια.

CAP. XVI. 1) καίπερ δυνάμενος] Haec citantur a beato Hieronymo, qui in commentariis suis in Esaiam cap. 52 de humili Messiae conditione haec habet: *Ecce, intelliget servus meus — non ut verbum Dei atque sapientia, sed ut servus. — Qui cum in forma Dei esset, formam servi dignatus est accipere, factus obediens patri usque ad mortem et mortem crucis — inglorius erit inter homines aspectus eius, non quo formae significet foeditatem, sed quo in humilitate venerit et paupertate — de quo Clemens, vir apostolicus, qui post Petrum Romanam rexit ecclesiam, scribit ad Corinthios:*

Sceptrum Dei, Dominus Iesus Christus, non venit in iactantia superbiae, cum possit omnia, sed in humilitate.

Videtur igitur legisse Σκῆπτρον τοῦ θεοῦ — omisso τῆς μεγαλωσύνης — ὁ κύριος Ἰησοῦς Χριστός — omisso ἡμῶν post κύριος et lecto Ἰησοῦς Χριστός pro Χριστὸς Ἰησοῦς — οὐκ ἦλθεν ἐν κόμπῳ ὑπερηφανίας — omisso ἀλαζονίας οὐδέ post ἐν κόμπῳ — καὶ πάντα δυνάμενος — vertit enim *cum possit omnia* — ἀλλὰ ταπεινοφρονῶν. — Hic unus locus sufficiat ad refutandam Photii obiectionem: ὅτι ἀρχιερέα καὶ προστάτην τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἐξονομάζων οὐδὲ τὰς θεοπρεπεῖς καὶ ὑψηλοτέρας ἀφῆκε περὶ αὐτοῦ φωνάς. Satis enim aperte h. l. distinguitur inter duplicem Christi condicionem et naturam: quarum alteram cum a Patre derivarit et in ea cum

Dei, Dominus noster Iesus Christus, non venit cum iactantia superbiae et adrogantiae, quamvis potuerit, sed cum humilitate, prout Spiritus Sanctus de eo locutus est. Dixit enim:

,Domine, quis credidit nuntio nostro? Et brachium 3
Domini cui revelatum est? Adnuntiavimus coram ipso:
quasi parvulus est, sicut radix in terra sitienti; non est
species ei neque gloria; et vidimus eum, et non habebat
speciem neque decorem, sed species eius erat inhono-
rata, deficiens prae filiis hominum. Homo est, in plaga
et molestia positus, et sciens ferre dolorem; quia aversa
est facies eius, despecta et pro nihilo reputata. Iste pec- 4
cata nostra portat, et pro nobis dolet; et nos reputavimus
eum esse merito in labore et in plaga et in adflictione. 5
Ipse autem vulneratus est propter nostra peccata, et ad-
flictus propter nostras iniquitates. Punitio ad nostram 6
pacem super eum venit; livore eius nos sanati sumus.
Omnes quasi oves erravimus, homo in via sua erravit; et 7
Dominus tradidit eum propter iniquitates nostras, et

Patre communicarit, dicitur *τὸ σκῆπτρον τῆς μεγαλωσύνης τοῦ θεοῦ*, vel, sicut ab Hieronymo habetur, *sceptrum Dei;* sceptrum enim denotat regium imperium, et sceptrum Dei s. magnificentiae Dei absolutum illud et supremum imperium quod Deus „*ὁ ἐπὶ πάντων εὐλογητός*", in creaturas universas exercet; adeo ut nisi Deus ipse nemo possit dici *τὸ σκῆπτρον τῆς μεγαλωσύνης τοῦ θεοῦ*. Quod ad alteram, de illo dicitur: *οὐκ ἦλθεν ἐν κόμπῳ ἀλαζονίας, καίπερ δυνάμενος* — cum possit omnia: Hieron. (omnipotens enim est) — *ἀλλὰ ταπεινοφρονῶν*. Videtur sanctus Pater prae oculis suis habuisse quae a S. Paulo habentur Phil. II v. 6 7 et 8. Wotton.

2) *φησὶν γὰρ*] videl. *ὁ Χριστός*. Leguntur haec Iesaiae I. III, sed has varias scriptiones reperimus:

v. 3. Verba *ὡς παιδίον* in codd. tantum Al. et Vat. exstant, in aliis desunt.

v. 3. *παρὰ τὸ εἶδος*] LXX habent *παρὰ τοὺς υἱοὺς*.

v. 7. *ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν*] LXX habent *ταῖς ἁμαρτιαῖς ἡμῶν*.

v. 7. *οὐκ ἀνοίγει τὸ στόμα*] LXX addunt *αὐτοῦ*.

v. 7. *ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη*] alias *ἥκει*.

v. 10. *οὐδὲ εὑρέθη δόλος*] LXX: *οὐδὲ δόλος εὑρέθη*.

v. 10. *κύριος βούλεται*] LXX: *βούλεται κύριος*.

3) *ἀπέστραπτει*] prae pudore. Hefele.

4) *ἐν πόνῳ*] videl. pro peccatis suis. Hefele.

5) *παιδεία — αὐτόν*] Punitionem quae nobis debebatur, ut pace fruueremur, ipse in se recepit.

ἁμαρτιῶν ἡμῶν, καὶ αὐτὸς διὰ τὸ κεκακῶσθαι οὐκ ἀνοίγει τὸ στόμα· ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείραντος ἄφωνος, οὕτως οὐκ ἀνοίγει τὸ
8 στόμα αὐτοῦ. ἐν τῇ ταπεινώσει ἡ κρίσις αὐτοῦ ἤρθη. τὴν γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται; ὅτι αἴρεται ἀπὸ τῆς γῆς ἡ
9 ζωὴ αὐτοῦ. ἀπὸ τῶν ἀνομιῶν τοῦ λαοῦ μου ἥκει εἰς θά-
10 νατον. καὶ δώσω τοὺς πονηροὺς ἀντὶ τῆς ταφῆς αὐτοῦ καὶ τοὺς πλουσίους ἀντὶ τοῦ θανάτου αὐτοῦ· ὅτι ἀνομίαν οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ. καὶ κύριος βούλεται καθαρίσαι αὐτὸν τῆς πληγῆς.
11 ἐὰν δῶτε περὶ ἁμαρτίας, ἡ ψυχὴ ὑμῶν ὄψεται σπέρμα
12 μακρόβιον. καὶ κύριος βούλεται ἀφελεῖν ἀπὸ τοῦ πόνου τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, δεῖξαι αὐτῷ φῶς καὶ πλάσαι τῇ συνέσει, δικαιῶσαι δίκαιον εὖ δουλεύοντα πολλοῖς; καὶ τὰς
13 ἁμαρτίας αὐτῶν αὐτὸς ἀνοίσει. διὰ τοῦτο αὐτὸς κληρονομήσει πολλοὺς, καὶ τῶν ἰσχυρῶν μεριεῖ σκῦλα, ἀνθ' ὧν παρεδόθη εἰς θάνατον ἡ ψυχὴ αὐτοῦ, καὶ ἐν τοῖς ἀνό-
14 μοις ἐλογίσθη.[6] καὶ αὐτὸς ἁμαρτίας πολλῶν ἀνήνεγκεν καὶ διὰ τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν παρεδόθη.'

15 Καὶ πάλιν αὐτός[7] φησιν·

,ἐγὼ δέ εἰμι σκώληξ καὶ οὐκ ἄνθρωπος, ὄνειδος ἀν-
16 θρώπων καὶ ἐξουθένημα λαοῦ. πάντες οἱ θεωροῦντές με ἐξεμυκτήρισάν με, ἐλάλησαν ἐν χείλεσιν, ἐκίνησαν κεφαλήν· ἤλπισεν ἐπὶ κύριον, ῥυσάσθω αὐτὸν, σωσάτω αὐτὸν, ὅτι θέλει αὐτόν.'

17 Ὁρᾶτε, ἄνδρες ἀγαπητοί, τίς ὁ ὑπογραμμὸς ὁ δεδομένος ἡμῖν· εἰ γὰρ ὁ κύριος οὕτως ἐταπεινοφρόνησεν, τί ποιήσομεν[8] ἡμεῖς, οἱ ὑπὸ τὸν ζυγὸν[9] τῆς χάριτος αὐτοῦ δι' αὐτοῦ ἐλθόντες;

---

8. κρισεις. 11. Tischendorfius: Pag. 36 col. II v. 11 miro vitio est εψεται pro οψεται; at ignorabat scriba quae scribebat. 11. καιτοις ανομοις. 16. εκεινησαν. 17. ελθοντος. quod confirmat Tischendorfius.

6) καὶ ἐν τοῖς ἀνόμοις ἐλογίσθη] Praepositionem ἐν in codice non exstantem iamdudum ex LXX interpretum versione restituimus, et recepit a

ipse, adflictus licet, non aperit os. Sicut ovis ad victimam
ductus est, et sicut agnus coram tondente mutus, sic non
aperit os suum. In humilitate sua tandem liberatus est
a poena. Generationem eius quis enarrabit, cum de terra 8
tollatur vita eius? Ab iniquitatibus populi mei ductus 9
est ad mortem. Et liberabo impios ob sepulcrum eius 10
et divites ob mortem eius; quia iniquitatem non fecit,
neque dolus inventus est in ore eius. Et Dominus vult 11
mundare eum a plaga. Si obtuleritis pro peccatis, anima
vestra videbit semen longaevum. Et vult Dominus eum 12
auferre e dolore animae, ostendere ei lucem, et formare
intelligentia, iustificare iustum, bene servientem multis; et peccata eorum ipse portabit. Propterea ipse pos- 13
sidebit multos, et fortium dividet spolia, pro eo quod
tradita est ad mortem anima eius, et in iniquis reputatus
est, et ipse peccata multorum tulit, et propter iniqui- 14
tates eorum traditus est.'

Et rursus ille dicit: 15

‚ego autem sum vermis et non homo, opprobrium ho-
minum et abiectio plebis. Omnes videntes me deriserunt 16
me, locuti sunt labiis, moverunt caput, dicentes: ‚Spera-
vit in Domino, eripiat eum, salvum faciat eum, quoniam
vult eum.'

Videtis, viri dilecti, quale nobis exemplar sit propositum; si 17
enim Dominus ita se humiliavit, quid faciemus nos, qui sub iugum
gratiae eius per ipsum venimus?

---

nobis Hilgenfeldius. Vid. libellum temporarium lutheranum 1863 p. 421.

7) *καὶ πάλιν αὐτός*] i. e. *ὁ Χριστός*. Locus est Ps. XXI 7—9.

8) *ποιήσομεν*] Librarius alexandrinus veterno laborans pinxit *ποιησωμεν*. Cf. caput praecedens, ubi bis in littera *ω* peccavit.

9) *ζυγὸν*] Recordatur Clemens quae legit apud Matth. XI 29. 30.

ΚΕΦ. ΙΖ'.

1 Μιμηταὶ γενώμεθα κἀκείνων οἵτινες ἐν δέρμασιν αἰγείοις καὶ μηλωταῖς[1] περιεπάτησαν, κηρύσσοντες τὴν ἔλευσιν τοῦ Χριστοῦ· λέγομεν δὲ Ἠλίαν καὶ Ἐλισσαῖον, ἔτι δὲ καὶ Ἰεζεκιὴλ, τοὺς προφή-
2 τας· πρὸς τούτοις καὶ τοὺς μεμαρτυρημένους. ἐμαρτυρήθη μεγάλως Ἀβραὰμ καὶ φίλος προσηγορεύθη τοῦ θεοῦ,[2] καὶ λέγει,[3] ἀτενίζων εἰς τὴν δόξαν τοῦ θεοῦ, ταπεινοφρονῶν·[4] ἐγὼ δέ εἰμι γῆ καὶ
3 σποδός.' ἔτι δὲ καὶ περὶ Ἰὼβ οὕτως γέγραπται·[5] ,Ἰὼβ ἦν δίκαιος καὶ ἄμεμπτος ἀληθινὸς θεοσεβὴς ἀπεχόμενος ἀπὸ παν-
4 τὸς κακοῦ.' ἀλλ' αὐτὸς ἑαυτοῦ κατηγορῶν λέγει·[6] ,οὐδεὶς καθαρὸς ἀπὸ ῥύπου, ἐὰν καὶ μιᾶς ἡμέρας ἡ ζωὴ αὐτοῦ ἐπὶ
5 τῆς γῆς.'[7] Μωϋσῆς πιστὸς ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ[8] αὐτοῦ ἐκλήθη, καὶ διὰ τῆς ὑπηρεσίας[9] αὐτοῦ ἔκρινεν ὁ θεὸς Αἴγυπτον[10] διὰ τῶν μαστίγων καὶ τῶν αἰκισμάτων αὐτῶν·[11] ἀλλὰ κἀκεῖνος[12] δοξασθεὶς μεγάλως οὐκ ἐμεγαλορημόνησεν,[13] ἀλλ' εἶπεν[14] ἐκ τῆς βάτου χρηματισμοῦ αὐτῷ διδομένου· ,τίς εἰμι ἐγώ, ὅτι με πέμπεις; ἐγὼ
6 δέ εἰμι ἰσχνόφωνος καὶ βραδύγλωσσος.'[15] καὶ πάλιν λέγει· ,ἐγὼ δέ εἰμι ἀτμὶς ἀπὸ κύθρας.'[16]

CAP. XVII. 1. *ελισαιε.* 2. *ταπεινοφρωνων.* quod confirmat Tischendorfius. 3. *ουτως.* — 3. *αληθεινος.* 4. *κατηγ.....ουδεις.* — 4. *ρυπ.....μιας.* — 4. *αυτο.....μωυσης.* — 5. *ολω.....αυτου.* — 5. *της.....σιας.* — 5. *οθσα..... δια.* — 5. *των....σματων.* — 5. *κακε....δοξασθεις.* — 5. *ε...λορημονησεν.* — 5. *ειπεν...βατου.* 5. *διδο..νου.* — 5. *πεμπ...εγω.* 5. *βρ.δυγλωσσος.*

CAP. XVII. 1) *ἐν δέρμασιν ἀ. κ. μηλωταῖς*] Heic Clemens reminiscitur eorum quae legit Hebr. XI 37, quem locum iam Iunius citavit Ceterum hoc loco utitur Clemens Alexandrinus Strom. IV 17.107 p. 610. Id quod iam Wottonus adnotavit.

2) *φίλος προσηγορεύθη τοῦ θεοῦ*] Eadem iam c. X dixit scriptor.

3) *καὶ λέγει*] Gen. XVIII 27.

4) *ταπεινοφρονῶν*] Wottonus ex eo, quod codex habet, *ταπεινοφρωνων* mallet facere *ταπεινόφρων;* quod mihi quidem displicet.

5) *οὕτω γέγραπται*] Iob I 1.

6) *κατηγ[ορῶν λέγει*] Iunio teste in codice deest non solum ultima pars verbi *κατηγορῶν*, sed etiam verbum *λέγει*, ut lacuna sit a *κατηγ* usque ad *ουδεις*. Quam eandem habet Tischendorfii apotypoma pag. 36 col. II v. 2. Wottonus autem postquam in textu suo dedit *κατηγορῶν εἶπεν*, haec adnotat: „ita Cod. mstus, at Iunius et codices impressi *λέγει*." At vero quae desunt, *ορωνλεγει* vel *ορωνειπεν*, *versu exeunte* desunt: qui ergo fieri poterat, ut Wottonus verbum *ορων* non cerneret, verbum *ειπεν* autem cerneret? Confiteor Wottoni auctoritatem hac re mihi paululum labefactari, praesertim cum Jacobsonus quoque testetur, se inter *κατηγ* et *ουδεις* nihil conspicere potuisse. Quamobrem cum quae

CAP. XVII.

Imitatores simus etiam eorum qui in caprinis et ovinis pelli- 1
bus adventum Christi praedicantes circuierunt, Eliam dicimus
et Elisaeum et Ezechielem prophetas; et cum his eos qui in scri-
ptura praeclarum testimonium consecuti sunt. Magno testimonio 2
ornatus est Abraham, et Dei amicus appellatus est; et ipse glo-
riam Dei intente respiciens in humilitate dixit: ‚ego autem sum
terra et cinis.‘ Praeterea et de Iobo sic scriptum est: ‚Iob erat 3
iustus et sine crimine, verax, colens Deum, abstinens
ab omni malo.‘ Sed se ipsum accusans dixit: ‚nemo mundus 4
a sorde, etsi unius diei sit vita eius in terra. Moses in 5
tota Dei domo fidelis appellatus est, et per eius ministerium Deus
Aegyptum iudicavit plagis et vexationibus incolarum. Sed ille,
honore magno adfectus, grandia non est locutus, sed cum ex rubo
oraculum divinum ei daretur, dixit: ‚quis sum ego, ut me mit-
tas? gracili sum voce et tarda lingua.‘ Et rursus dicit: ‚ego 6
autem sum ollae vapor.‘

---

sequuntur *οὐδεὶς καθαρὸς* cet. leguntur apud Iobum XIV 4.5 et apud LXX c. XII 2 praecedant verba: *ὑπολαβὼν δὲ Ἰὼβ λέγει*, equidem cum Iunio scripsi *λέγει*.

7) *οὐδεὶς καθαρὸς ἀπὸ ῥύπ[ου ἐὰν καὶ] μίας ἡμέρας ἡ ζωὴ αὐτοῦ [ἐπὶ τῆς γῆς]* Ita nobis ex Iobo XIV 4.5 hic locus restituendus videbatur. Ibi enim legimus: *τίς γὰρ καθαρὸς ἔσται ἀπὸ ῥύπου; ἀλλ' οὐθείς, ἐὰν καὶ ἡμέρα ὁ βίος αὐτοῦ ἐπὶ τῆς γῆς* s. alio ex codice: *μίας ἡμέρας γένηται*. — Verba *ἐπὶ τῆς γῆς* addidimus ex LXX interpretum versione, flagitante spatii ratione. Nam post vocabulum truncatum *αυτο* in codice lacuna est, quae superiorem aequet necesse est. Superior autem versus tertii col. II p. 36 lacuna est litterarum octo, videl. *ουεανκαι*. Quod neglegentes, editores omnes unam tantum litteram *υ* addiderunt, *αὐτο[ῦ]* tantum scribentes. Nos autem nisi Tischendorfii *ἀποτύπωμα* habuissemus, et ipsi sine dubio nihil fuissemus suspicati. Ceterum prior lacuna *ῥύπου ἐὰν καὶ* a Wottono primo, non a Iunio expleta est.

8) *ἐν ὅλω[τῷ οἰκῷ]* Ita ex Num. XII 7 hunc locum restituit Iunius.

9) *διὰ τῆς [ὑπηρε]σίας]* Haec est coniectura Colomesii: Iunius alia scripsit.

10) *Αἴγυπτον]* Nomen certum, vid. Exod. VII sqq. Litteram *α* etiam cernere potuit Tischendorfius.

11) *αὐτῶν]* videl. Aegyptiorum; cf. XII 2.

12) *κἀκε[ῖνος]* Ita Iunius, qui et sequentes omnes huius capitis lacunas supplevit.

13) *ἐμεγαλορημόνησεν]* De forma verbi cf. Al. Buttmann 28.

14) *ἀλλ' εἶπεν]* Exodus III 11.

15) *ἐγὼ δὲ — βραδύγλωσσος]* Exodus IV 10.

16) *καὶ πάλιν λέγει — κύθρας]* Haec verba in Bibliis nostris non insunt.

ΚΕΦ. ΙΗ'.

1 Τί δὲ εἴπωμεν ἐπὶ τῷ μεμαρτυρημένῳ Δαβὶδ, πρὸς ὃν εἶπεν ὁ
θεός·[1] ,εὗρον ἄνδρα κατὰ τὴν καρδίαν μου, Δαβὶδ τὸν τοῦ
2 Ἰεσσαὶ, ἐν ἐλέει αἰωνίῳ ἔχρισα αὐτόν.' ἀλλὰ καὶ αὐτὸς λέγει
πρὸς τὸν θεόν·[2] ,ἐλέησόν με, ὁ θεός, κατὰ τὸ μέγα ἔλεός
σου καὶ κατὰ τὸ πλῆθος τῶν οἰκτειρμῶν σου ἐξάλειψον
3 τὸ ἀνόμημά μου. ἐπὶ πλεῖον πλῦνόν με ἀπὸ τῆς ἀνομίας
μου, καὶ ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας μου καθάρισόν με· ὅτι τὴν
ἀνομίαν μου ἐγὼ γινώσκω, καὶ ἡ ἁμαρτία μου ἐνώπιόν
4 μου ἐστὶν διαπαντός.[3] σοὶ μόνῳ ἥμαρτον, καὶ τὸ πονηρὸν
ἐνώπιον σοῦ ἐποίησα· ὅπως ἂν δικαιωθῇς ἐν τοῖς λόγοις
5 σου καὶ νικήσῃς ἐν τῷ κρίνεσθαί σε. ἰδοὺ γὰρ ἐν ἀνο-
μίαις συνελήμφθην,[4] καὶ ἐν ἁμαρτίαις ἐκίσσησέν με ἡ
6 μήτηρ μου. ἰδοὺ γὰρ, ἀλήθειαν ἠγάπησας. τὰ ἄδηλα καὶ
7 τὰ κρύφια τῆς σοφίας σου ἐδήλωσάς μοι.[5] ῥαντιεῖς με ὑσ-
σώπῳ, καὶ καθαρισθήσομαι· πλυνεῖς με, καὶ ὑπὲρ χιόνα
8 λευκανθήσομαι. ἀκουτιεῖς με ἀγαλλίασιν καὶ εὐφροσύ-
9 νην, ἀγαλλιάσονται ὀστᾶ τεταπεινωμένα. ἀπόστρεψον τὸ
πρόσωπόν σου ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν μου, καὶ πάσας τὰς ἀνο-
10 μίας μου ἐξάλειψον. καρδίαν καθαρὰν κτίσον ἐν ἐμοὶ, ὁ
θεός, καὶ πνεῦμα εὐθὲς ἐγκαίνισον ἐν τοῖς ἐγκάτοις μου.
11 μὴ ἀπορίψῃς[6] με ἀπὸ τοῦ προσώπου σου, καὶ τὸ πνεῦμα
12 τὸ ἅγιόν σου μὴ ἀντανέλῃς ἀπ' ἐμοῦ. ἀπόδος μοι τὴν
ἀγαλλίασιν τοῦ σωτηρίου σου, καὶ πνεύματι[7] ἡγεμονικῷ

CAP. XVIII. 1. *ελαιει.* 1. *ελαιος.* 3. *επιπλιον.* 4. *νικησεις.* 5. *πλυνιεις.* Ita perspicue in codice legi testatur Tischendorfius. 9. *ἐξαλειψ..* — *εμο.* — 10. *ενκατοις.* 11. *απο..ψεις.* — 11. .....*ματο.* 11. *αντανε*.....*μου.* 12. *αγαλλ* .....*ουσωτηριου.* 12. .....*νικω.*

CAP. XVIII. 1) *εἶπεν ὁ θεὸς*] Et quae Act. XIII 22, et quae Ps. LXXXVIII 21 leguntur, ad hunc locum spectant.

2) *λέγει πρὸς τὸν θεὸν*] Ps. LI 3-19.

3) *ἐνώπιόν μου ἐστὶν διαπαντός*] Vulgo legitur *ἐνώπιόν μού ἐστιν*, sed vid. R. A. Lipsius, grammat. Untersuchungen p. 50 sq.

4) *συνελήμφθην*] Ita iamdudum in libello temporario lutherano l. c. p. 422 scribendum esse monuimus, et recepit Hilgenfeldius.

5) *ἰδοὺ γὰρ ἀλήθειαν ἠγάπησας· τὰ ἄδηλα καὶ τὰ κρύφια τῆς σοφίας σου ἐδήλωσάς μοι*] Ita LXX interpretes et versiones omnes, etiam Hieronymi. Ali-

CAP. XVIII.

Quid autem de Davide, qui egregium testimonium obtinuit, 1
dicemus? Ad quem locutus est Deus: ‚inveni hominem secundum cor meum, Davidem, Iesse filium; in misericordia sempiterna unxi eum.‘ Atqui ille etiam dicit Deo: ‚miserere 2
mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam et secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam. Amplius lava me ab iniquitate mea, et 3
a peccato meo munda me; quoniam iniquitatem meam ego cognosco, et peccatum meum coram me est semper. Tibi soli peccavi, et malum coram te feci, ut iustifice- 4
ris in sermonibus tuis, et vincas, cum iudicaris. Ecce 5
enim, in iniquitatibus conceptus sum, et in peccatis concepit me mater mea. Ecce enim, veritatem dilexisti. Incerta et occulta sapientiae tuae manifestasti mihi. As- 6.7
perge me nunc hyssopo, et mundabor; lava me, et super nivem dealbabor. Auditui meo da gaudium et laetitiam, 8
et exultabunt ossa mea humiliata. Averte faciem tuam 9
a peccatis meis, et omnes iniquitates meas dele. Cor 10
mundum crea in me, Deus, et spiritum rectum innova in visceribus meis. Ne proiicias me a facie tua, et spiri- 11
tum tuum sanctum ne auferas a me. Redde mihi laetitiam salutaris tui, et spiritu, qui carni imperat, confirma 12

---

ter se habet textus hebraeus Ps. LI 8, sicut hodie punctuatur: חֵן־אֱמֶת חָפַצְתָּ בַּטֻּחוֹת וּבְסָתֻם חָכְמָה תוֹדִיעֵנִי i. e. *Ecce veritatem voluisti s. dilexisti in renibus*, h. e. in intimis, *et in abscondito me scire facies sapientiam.* Adhibetur enim accentus tonicus in voce בַּטֻּחוֹת, qui si in vocem חָפַצְתָּ reiiciatur, interpretandum est: *Ecce veritatem voluisti s. dilexisti: in intimis et in abscondito me scire facies sapientiam.* Quo modo constat legisse tum LXX interpretes, tum S. Hieronymum, nec non interpretem syrum; qui sequendi potius sunt quam Masorethae, quorum est hodierna punctuatio. WOTTON.

6) *ἀπο[ρί]ψῃς*] Jacobsonus duas tantum litteras inter *απο* et *ψης* a lacuna capi testatus facit cum Hilgenfeldio Tischendorfio et cum grammatica: vid. Al. Buttmann p. 28.

7) *καὶ πνεύματι ἡγεμονικῷ*] Textus hebraicus Ps. LI v. 14 exhibet: וְרוּחַ נְדִיבָה תִסְמְכֵנִי i. e. *Et spiritus spontaneus s. principalis fulciet me.* Significat enim נדיב spontaneus, liberalis, munificus; item principalis et regalis: unde LXX interpretes quos secutus est Cle-

13 στήρισόν[8] με. διδάξω ἀνόμους τὰς ὁδούς σου, καὶ ἀσε-
14 βεῖς ἐπιστρέψουσιν ἐπί σε. ῥῦσαί[9] με ἐξ αἱμάτων, ὁ θεός·
15 ὁ θεὸς τῆς σωτηρίας μου. ἀγαλλιάσεται ἡ γλῶσσά μου τὴν
δικαιοσύνην σου, κύριε, τὸ στόμα μου ἀνοίξεις, καὶ τὰ
16 χείλη μου ἀναγγελεῖ τὴν αἴνεσίν σου. ὅτι εἰ ἠθέλησας θυ-
17 σίαν, ἔδωκα ἄν· ὁλοκαυτώματα οὐκ εὐδοκήσεις. θυσία τῷ
θεῷ πνεῦμα συντετριμμένον· καρδίαν συντετριμμένην
ὁ θεὸς οὐκ ἐξουθενώσει.'

ΚΕΦ. ΙΘ'.

1 Τῶν τοσούτων οὖν καὶ τοιούτων οὕτως μεμαρτυρημένων τὸ
ταπεινοφρονοῦν[1] καὶ τὸ ὑποδεὲς[2] διὰ τῆς ὑπακοῆς οὐ μόνον ἡμᾶς,
ἀλλὰ καὶ τὰς πρὸ ἡμῶν γενεὰς βελτίους ἐποίησεν, τούς τε κατα-
2 δεξαμένους[3] τὰ λόγια αὐτοῦ[4] ἐν φόβῳ καὶ ἀληθείᾳ. πολλῶν οὖν
καὶ μεγάλων καὶ ἐνδόξων μετειληφότες[5] πράξεων ἐπαναδράμωμεν
ἐπὶ τὸν ἐξ ἀρχῆς παραδεδομένον ἡμῖν τῆς εἰρήνης σκοπὸν, καὶ ἀτε-
νίσωμεν εἰς τὸν πατέρα καὶ κτιστὴν τοῦ σύμπαντος κόσμου, καὶ
ταῖς μεγαλοπρεπέσι καὶ ὑπερβαλλούσαις αὐτοῦ δωρεαῖς τῆς εἰρήνης
3 εὐεργεσίαις τε κολληθῶμεν.[6] ἴδωμεν αὐτὸν κατὰ διάνοιαν, καὶ

---

13. διδα.....μους. — 13. καια.....ς. 14. σε.....με. — 14. της...ηριας. — 15. .... λιασεται. — 15. την...αιοσυνην. 15. ..νοιξεις. — 15. αναγ. ελει. — 16. η. ελησας.

CAP. XIX. 1. ταπεινοφρονον. quod confirmat Tischendorf. 1. αλλας („sic" Tischendorf). 1. τουστε. 2. πραξαιων.

mens: καὶ πνεύματι ἡγεμονικῷ στήρισόν με. Vulgata: *Et spiritu principali confirma me.* Wotton.

8) στήρισόν με] In codice est στήρισον, apud LXX στήριξον. Quod non recepimus, quia etiam N. T. non caret aoristo in σα exeunte. Cf. Luc. XXII 32 στήρισον; IX 51 ἐστήρισεν in Tischendorfii editione VIII maiore.

9) ῥῦσαι] Hoc primus reposuit Iunius.

CAP. XIX. 1) τὸ ταπεινοφρονοῦν] Hic et a libris editis et a librario secedendum duximus. In libris editis est ταπεινόφρον, sed haec forma adeo mihi suspecta est ut eam expulerim. Tametsi enim forma ταπεινόφρων (contracta, opinor, ex ταπεινοφρονῶν) exsistat, tamen ταπεινόφρον quin exsistat magno opere dubitamus. Participio autem ταπεινοφρονοῦν delectatur Clemens: vid. XIII 3. XVI 1. 2. XVII 2. XXX 3. XXXVIII 2. Denique in codice cum ταπεινοφρονον exstet, memores eundem librarium supra XVII 2 ταπεινοφρωνων scripsisse, facilius duximus eum heic quoque litteras confudisse quam verbum ταπεινοφρον illicite prolongasse.

2) τὸ ὑποδεὲς] Adiectivum ὑποδεὲς

me. Docebo iniquos vias tuas, et impii ad te conver- 13
tentur. Libera me a sanguinibus, Deus, Deus salutis 14
meae. Decantabit lingua mea iustitiam tuam. Domine, 15
os meum aperies, et labia mea adnuntiabunt laudem
tuam. Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem uti- 16
que; sed holocaustis non delectaris. Sacrificium Deo 17
spiritus contribulatus; cor contritum et humiliatum
Deus non despiciet.'

CAP. XIX.

Talium igitur et tantorum, qui tam clarum elogium consecuti 1
sunt, humilitas et per obedientiam egestas non tantum nos, sed
et eos qui fuerunt ante nos meliores reddidit eosque qui in timore
et veritate susceperunt eloquia eius. Quare multorum magnorum- 2
que et inlustrium factorum participes facti recurramus ad pacis
scopum nobis ab initio traditum, et totius mundi parentem et crea-
torem diligenter intueamur, atque illius magnificis et exsuperanti-
bus donis pacis et beneficiis firmiter adhaereamus. Cogitatione 3

Colomesius male substantivo *subiectio* vertit. Collaudatur enim h. l. voluntaria sanctorum hominum egestas. Vid. Luc. X 4.

3) *τούς τε καταδεξαμένους*] Hilgenfeldius speciosius, nisi fallor, quam rectius h. l. *τούς γε* scripsit. Etenim — ut taceam particulam *γε* apud Clementem nusquam legi (vid. ind. verb.) — Hilgenfeldii scriptio si vera esset, non *καταδεξαμένους*, sed *καταδεξαμένας* scripsisset Clemens, cum praecedant *γενεαί*. Et errat Cotelerius, copulam *τε nempe* significare opinatus: est enim vera copula, qua, postquam qui sunt (*ἡμᾶς*) et qui fuerunt (*τὰς πρὸ ἡμῶν γενεὰς*) memorati sunt, denique universe ad omnes qui credunt transitur. Quod quanquam ita est, tamen non legendum est *καταδεξομένους*, quod proposuit Davisius, sed dicuntur hoc verbo ii qui praeter *ἡμᾶς*, i. e. Romanos et Corinthios, Christi sunt fidem amplexi. Cf. XLVI 5.

4) *τὰ λόγια αὐτοῦ*] sc. *θεοῦ*, ut supra c. II 9. XIII 3. Et fallitur qui praecedens *ἐποίησεν* cum subiecto *θεός* coniungit, cum verbum *ἐποίησεν* ad *τὸ ταπεινοφρονοῦν καὶ τὸ ὑποδεὲς* trahendum sit.

5) *πολλῶν οὖν καὶ μ. κ. ἐ. μετειληφότες πράξεων*] Participes *πράξεων* sumus, quia earum memoriam nobis prodit S. Scriptura. Davisius. Ad verbum *πράξεων* quod attinet, recordamur *πράξεις τῶν ἀποστόλων*, quod ad sensum, epistulam ad Hebr. c. XI bene citat Wottonus.

6) *κολληθῶμεν*] Teneamus pacem aeque firmam ac ea est quae in rerum natura tenetur. Hefele.

ἐμβλέψωμεν τοῖς ὄμμασιν τῆς ψυχῆς εἰς τὸ μακρόθυμον αὐτοῦ βούλημα· νοήσωμεν πῶς ἀόργητος[7] ὑπάρχει πρὸς πᾶσαν τὴν κτίσιν αὐτοῦ.

ΚΕΦ. Κ'.

1 Οἱ οὐρανοὶ[1] τῇ διοικήσει αὐτοῦ σαλευόμενοι[2] ἐν εἰρήνῃ ὑπο-
2 τάσσονται αὐτῷ. ἡμέρα τε καὶ νὺξ τὸν τεταγμένον ὑπ' αὐτοῦ δρό-
3 μον διανύουσιν, μηδὲν ἀλλήλοις ἐμποδίζοντα. ἥλιός τε καὶ σελήνη,
ἀστέρων τε χοροὶ κατὰ τὴν διαταγὴν αὐτοῦ ἐν ὁμονοίᾳ δίχα πάσης
4 παρεκβάσεως ἐξελίσσουσιν τοὺς ἐπιτεταγμένους αὐτοῖς ὁρισμούς. γῆ
κυοφοροῦσα κατὰ τὸ θέλημα αὐτοῦ τοῖς ἰδίοις καιροῖς τὴν παν-
πληθῆ[3] ἀνθρώποις τε καὶ θηρσὶν καὶ πᾶσιν τοῖς οὖσιν ἐπ' αὐτὴν
ζώοις ἀνατέλλει τροφὴν μὴ διχοστατοῦσα μηδὲ ἀλλοιοῦσά τι τῶν
5 δεδογματισμένων ὑπ' αὐτοῦ. ἀβύσσων τε ἀνεξιχνίαστα καὶ νερτέ-
ρων ἀνεκδιήγητα κλίματα[4] τοῖς αὐτοῖς[5] συνέχεται προστάγμασιν.
6 τὸ κύτος τῆς ἀπείρου θαλάσσης κατὰ τὴν δημιουργίαν αὐτοῦ συστα-
θὲν εἰς τὰς συναγωγὰς οὐ παρεκβαίνει τὰ περιτεθειμένα αὐτῇ κλεῖ-
7 θρα,[6] ἀλλὰ καθὼς διέταξεν αὐτῇ, οὕτως ποιεῖ. εἶπεν γάρ·[7] ‚ἕως ὧδε
8 ἥξεις, καὶ τὰ κύματά σου ἐν σοι συντριβήσεται.' ὠκεανὸς[8]
ἀνθρώποις ἀπέραντος, καὶ οἱ μετ' αὐτὸν κόσμοι[9] ταῖς αὐταῖς τα-

---

CAP. XX. 1. εμποδι.οντα. — 3. αστε.ων. — 3. .υτου. — 3. .παρεκβασεως. 3. ..υς. 5. κριματα. — 6. κρυματα. quod confirmat Tischendorfius.

7) ἀόργητος] Harmoniam mundi (c. XX) instituens, clementem se erga omnem creaturam praebet Deus.

Hefele.

CAP. XX. 1) οἱ οὐρανοὶ] Recte Wottonus et Wocherus monent ex iis quae sequantur effici, οὐρανούς h. l. esse corpora caelestia, mobilia illa. Attendas enim ad verba ἡμέρα τε καὶ νὺξ: non δὲ posuit Clemens, sed τε.

2) σαλευόμενοι] Iunius h. l. μὴ σαλ., Hilgenfeldius οὐ σαλευόμενοι legit. Sed quae dicuntur Matth. XXIV 29 Mr. XIII 25 Luc. XXI 26, sunt δυνάμεις τῶν οὐρανῶν, non οὐρανοί ipsi. Et — quod maximum — vocabulum διοικήσει flagitat aliquid quod moveatur, sed legibus a Deo praescriptis. Nihil igitur mutandum, id quod iam Wottonus persuasum habuit.

3) πανπλήθη] Ita primus e codice alex. scripsit Jacobsonus. Et Dresselius eandem scribendi rationem haud raro in codicibus Laurentiano et Casanatensi, qui breviorem epistularum Ignatii recensionem exhibeant, exstare testatur. Cf. in ind. verb. verba a παν incipientia.

4) κλίματα] Cod. κρίματα. quae scriptio aegerrime tantum ferri potest.

contemplemur eum, et mentis oculis longanimam ejus voluntatem intueamur. Videamus, quantopere clementem se praebeat erga omnem creaturam suam.

CAP. XX.

Caeli, gubernatione eius commoti, in pace ei subiciuntur; 1
dies etiam et nox nullo sibi invicem impedimento constitutum ab 2
eo cursum absolvunt. Sol et luna et siderum chori secundum eius 3
mandatum sine ullo errore in concordia dispositiones sibi constitutas evolvunt. Terra gravida secundum eius voluntatem suis tem- 4
poribus hominibus, feris et omnibus quae super eam sunt animantibus alimentum abundans profert non haesitans neque mutans quicquam eorum quae ab illo decreta sunt. Abyssorum investiga- 5
bilia et profundi inenarrabiles regiones eisdem legibus continentur. Moles immensi maris, per ordinationem eius in cumulos co- 6
agmentata, circumposita sibi claustra non transgreditur, sed prout ei praecepit, ita facit. Dixit enim: ‚huc usque venies, et in te 7
ipso conterentur fluctus tui.‘ Oceanus hominibus impermea- 8
bilis, et qui trans ipsum sunt mundi eisdem Domini dispositionibus

---

Quare cum Henrico Wottono, quamvis dubitante, scripsimus *κλίματα*. Infra quoque, litterae *ρ* singulari, ut videtur, amore captus, *κρυματα* pro *κυματα* pinxit librarius.

5) *τοῖς αὐτοῖς*] videlicet iisdem quibus caelum et terra, continentur etiam res inferae. Cf. v. 8. *ταῖς αὐταῖς*.

6) *τὰ περιτεθειμένα αὐτῇ κλεῖθρα*] Iob. XXXVIII 10.

7) *εἶπεν γὰρ*] Iob. XXXVIII 11, quem citat Wotton.

8) *ὠκέανος — διευθύνονται*] Eadem habet Clemens Al. Strom. V 12 81 p. 693 sq.

9) *καὶ οἱ μετ' αὐτὸν κόσμοι*] Ad hunc locum haec est adnotatio Hilgenfeldii: Clemens Alex. Strom. V. 12 81 p. 693 sq. Origenes de princ. II 3 6 (Opp. I 82 sq.) Selecta in Ezech. VIII 3 (Opp. III 422) Hieronymus ad Eph. II 2 (Opp. VII 571) Photius Bibl. cod. 126. Conferre iuvat etiam alios scriptores ecclesiasticos: Irenaeum adv. haer. II 28. 2. Dionys. Alex. ap. Euseb. H. E. VII 21. 7. Augustinum de civ. Dei XVI.

De re ipsa iam disserui (apost. Väter p. 60 not. 12). Lipsius l. l. p. 9 151 sq. 188 ea addidit quae Iosephus bell. iud. II 8 8 de Essaeorum opinionibus tradidit rumoresque per Phoenices, Carthaginienses Gaditanos ad Graecos perlatos de terris trans oceanum sitis: cf. Diodor. V 16. Pseudo-Aristot. mirab. auscult. p. 84. Equidem nunc addo Plutarchum de delph. orac. 24 sq. plures mundos statuentem. Cf. Guil.

9 γαῖς[10] τοῦ δεσπότου διευθυνονται. καιροὶ ἐαρινοὶ καὶ θερινοὶ καὶ με-
10 τοπωρινοὶ καὶ χειμερινοὶ ἐν εἰρήνῃ μεταπαραδιδόασιν ἀλλήλοις. ἀνέ-
μων σταθμοὶ[11] κατὰ τὸν ἴδιον καιρὸν τὴν λειτουργίαν αὐτῶν ἀπροσ-
κόπως ἐπιτελοῦσιν· ἀέναοί τε πηγαὶ πρὸς ἀπόλαυσιν καὶ ὑγίειαν δη-
μιουργηθεῖσαι δίχα ἐλλείψεως παρέχονται τοὺς πρὸς ζωῆς ἀνθρώ-
ποις μαζούς· τά τε ἐλάχιστα τῶν ζώων τὰς συνελεύσεις αὐτῶν ἐν
11 ὁμονοίᾳ καὶ εἰρήνῃ[12] ποιοῦνται. ταῦτα πάντα ὁ μέγας δημιουργὸς
καὶ δεσπότης τῶν ἁπάντων ἐν εἰρήνῃ[13] καὶ ὁμονοίᾳ προσέταξεν
εἶναι, εὐεργετῶν τὰ πάντα, ὑπερεκπερισσῶς δὲ ἡμᾶς τοὺς προσπε-
φευγότας τοῖς οἰκτειρμοῖς αὐτοῦ διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χρι-
12 στοῦ· ᾧ ἡ δόξα καὶ ἡ μεγαλωσύνη εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.
ἀμήν.

ΚΕΦ. ΚΑ'.

1 Ὁρᾶτε, ἀγαπητοί, μὴ αἱ εὐεργεσίαι αὐτοῦ αἱ πολλαὶ γένων-
ται εἰς κρίμα πᾶσιν ἡμῖν, ἐὰν μὴ ἀξίως αὐτοῦ πολιτευόμενοι τὰ
2 καλὰ καὶ εὐάρεστα ἐνώπιον αὐτοῦ ποιῶμεν μεθ' ὁμονοίας. λέγει
γάρ που·[1]

,πνεῦμα κυρίου[2] λύχνος ἐρευνῶν τὰ ταμιεῖα τῆς γαστρός.'

3 ἴδωμεν πῶς ἐγγύς ἐστιν, καὶ ὅτι οὐδὲν λέληθεν αὐτὸν τῶν ἐν-
4 νοιῶν ἡμῶν οὐδὲ τῶν διαλογισμῶν ὧν ποιούμεθα. δίκαιον οὖν
5 ἐστιν μὴ λειποτακτεῖν ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ θελήματος αὐτοῦ. μᾶλλον ἀν-
θρώποις ἄφροσι καὶ ἀνοήτοις καὶ ἐπαιρομένοις καὶ ἐγκαυχωμένοις
6 ἐν ἀλαζονίᾳ τοῦ λόγου αὐτῶν προσκόψωμεν ἢ τῷ θεῷ. τὸν κύριον
Ἰησοῦν Χριστὸν οὗ τὸ αἷμα ὑπὲρ ἡμῶν ἐδόθη ἐντραπῶμεν, τοὺς

---

10. λειτουργειαν. — 10. αυτων εν ομονοια και ειρηνη. — 11. των απαντων εν ειρηνη και ομονοια.

CAP. XXI. 1. λεγει γαρ που minime πουν, quod usque adhuc ferebatur. Vid. Tischendorf. p. XIX. 2. λυχνον. confirmatum a Tischendorfio. 4. λιποτακτειν. 5. εγκαυχωμενοι. quod confirmat Tischendorfius. 5. αλαζονια.

Möller Geschichte der Kosmologie in der griech. Kirche bis auf Origenes Hal. 1860 p. 59 sq. Hilgenfeld.

Iuvabit etiam legere quae Cotelerius ex Senecae Medea v. 375 profert:

Venient annis
saecula seris quibus oceanus
vincula rerum laxet et ingens
pateat tellus Tiphysque novos
detegat orbes, nec sit terris
ultima Thule.

gubernantur. Vernae, aestivae, autumnales et hiemales tempe- 9
states in pace aliae aliis succedunt. Ventorum stationes peculiari 10
suo tempore munus suum sine offendiculo obeunt; fontes etiam
perennes, ad usum et sanitatem facti, ubera sine defectu ad vitam
hominum sustentandam praebent; et animalia minima in pace et
concordia coetus suos faciunt. Haec omnia magnus opifex et om- 11
nium Dominus cum concordia et pace fieri iussit, benefaciens omnibus, superabundanter autem nobis, qui ad miserationes eius
confugimus, per Dominum Iesum Christum; cui gloria et maiestas 12
in saecula saeculorum. Amen.

CAP. XXI.

Cavete, dilecti, ne beneficia eius, quae multa sunt, nobis om- 1
nibus in condemnationem cedant, nisi digne illo viventes bona et
accepta in conspectu eius cum concordia fecerimus. Dicit enim 2
alicubi:

‚Spiritus Domini lucerna scrutans cavernas ventris.‘

Consideremus quam prope sit, et quod cogitationum nostra- 3
rum et colloquiorum quae habemus nihil ipsum lateat. Aequum 4
est igitur ut non simus transfugae a voluntate eius. Homines 5
stultos et insipientes, elatos et in sermonis sui iactantia gloriantes
potius quam Deum offendamus. Dominum Iesum Christum cuius 6

---

10) *ταγαῖς*] Iunius et Fellus *ἐπιταγαῖς* v. *διαταγαῖς* legere malunt.

11) *ἀνέμων σταθμοί*] Iob XXVIII 25.

12) *αὐτῶν ἐν ὁμονοίᾳ καὶ εἰρήνῃ ποιοῦνται*] Ita, non inverso ordine *ειρηνηκαιαπονοια*, habet et codex et Tischendorfii exemplum.

13) *ἁπάντων ἐν εἰρήνῃ καὶ ὁμονοίᾳ προσέταξεν εἶναι*] Ita, aliter atque in versu praecedente h. l. verba ponit codex alex. Tischendorfio teste.

CAP. XXI. 1) *λέγει γάρ που*] videl. *ὁ θεός*, elliptice, ut saepe: vid. ind. verb. v. *λέγει*.

2) *πνεῦμα κυρίου*] Prov. XX 27 legimus: *Φῶς κυρίου πνοὴ ἀνθρώπων ὃς ἐρευνᾶ ταμιεῖα κοιλίας*. Clemens Romanus pro vocabulo *φῶς* ponit *πνεῦμα*. Quod constat ex Clemente Al. qui hoc loco sic utitur: *λέγει γάρ που ἡ γραφή· Πνεῦμα κυρίου λύχνος* et q. s. Nam Clemens Al. Strom. IV 17 p. 611 sq. haec usque ad c. XXII exiens descripsit; id quod iam Wottonus adnotavit.

προηγουμένους[3] ἡμῶν αἰδεσθῶμεν, τοὺς πρεσβυτέρους ἡμῶν τιμήσωμεν, τοὺς νέους παιδεύσωμεν τὴν παιδείαν τοῦ φόβου τοῦ θεοῦ,[4]
7 τὰς γυναῖκας[5] ἡμῶν ἐπὶ τὸ ἀγαθὸν διορθωσώμεθα. τὸ ἀξιαγάπητον τῆς ἁγνείας ἦθος ἐνδειξάσθωσαν,[6] τὸ ἀκέραιον τῆς πραΰτητος αὐτῶν βούλημα ἀποδειξάσθωσαν,[7] τὸ ἐπιεικὲς τῆς γλώσσης αὐτῶν διὰ τῆς φωνῆς[8] φανερὸν ποιησάτωσαν, τὴν ἀγάπην αὐτῶν μὴ κατὰ προσκλίσεις,[9] ἀλλὰ πᾶσιν τοῖς φοβουμένοις τὸν θεὸν ὁσίως ἴσην
8 παρεχέτωσαν. τὰ τέκνα ὑμῶν τῆς ἐν Χριστῷ παιδείας μεταλαμβανέτωσαν· μαθέτωσαν τί ταπεινοφροσύνη παρὰ θεῷ ἰσχύει, τί ἀγάπη ἁγνὴ παρὰ τῷ θεῷ δύναται, πῶς ὁ φόβος αὐτοῦ καλὸς καὶ μέγας καὶ σώζων πάντας τοὺς ἐν αὐτῷ ὁσίως ἀναστρεφομένους ἐν καθαρᾷ
9 διανοίᾳ. ἐρευνητὴς γάρ ἐστιν ἐννοιῶν καὶ ἐνθυμήσεων·[10] οὗ ἡ πνοὴ αὐτοῦ[11] ἐν ἡμῖν ἐστιν, καὶ ὅταν θέλῃ ἀνελεῖ[12] αὐτήν.

ΚΕΦ. ΚΒ'.

1 Ταῦτα δὲ πάντα βεβαιοῖ ἡ ἐν Χριστῷ πίστις· καὶ γὰρ αὐτὸς διὰ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου οὕτως προσκαλεῖται ἡμᾶς·[1]

,δεῦτε, τέκνα, ἀκούσατέ μου, φόβον κυρίου διδάξω
2 ὑμᾶς. τίς ἐστιν ἄνθρωπος ὁ θέλων ζωὴν, ἀγαπῶν ἡμέρας
3 ἰδεῖν ἀγαθάς; παῦσον τὴν γλῶσσάν σου ἀπὸ κακοῦ καὶ
4 χείλη σου τοῦ[2] μὴ λαλῆσαι δόλον. ἔκκλινον ἀπὸ κακοῦ

---

6. ναιους. — 6. παιδιαν. — 7. αγιας. 7. ενδειξασθωσαν. 8. ισχυι. — 9. ενθυμησαιων. — CAP. XXII. χειλητουμη.

3) προηγουμένους] i. e. ἡγουμένους, qui dicuntur c. I 3 quique sunt *presbyteri*. Quos autem eodem versu Clemens memorat πρεσβυτέρους, sunt *seniores*, plane sicuti I 3.

4) τοὺς νέους — φόβου τοῦ θεοῦ] Pene eadem verba habentur a S. Polycarpo in epistula sua ad Philippenses c. IV: τὰ τέκνα παιδεύειν τὴν παιδείαν τοῦ φόβου τοῦ θεοῦ.

Wotton.

5) τὰς γυναῖκας] Similia monet S. Polycarpus ad Phil. c. IV.

Wotton.

6) ἐνδειξάσθωσαν] Eodem modo infra c. XXXVIII 2 verbo medio ἐνδεικνύσθω utitur Clemens Romanus.

7) ἀποδειξάσθωσαν] Codex habet ἐνδειξάτωσαν. Sed ἀποδειξάσθωσαν scribendum erat tum propter praecedens ἐνδειξάσθωσαν, cui hoc respondere debet, tum propter verbi significationem. Nam ἀποδείκνυμι est *reddere*, non *ostendere*. Cf. Pindarum Nem. VI 80: ἀρετὰς ἀποδεικνύμενοι μεγάλας. Herodotum I 59: ἀποδεξάμενος μεγάλα ἔργα. 176: ἀρετὰς ἀπεδείκνυντο.

sanguis pro nobis datus est pie veneremur, praepositos nostros
vereamur, seniores nostros honoremus, iuvenes in disciplina timo-
ris Dei erudiamus, uxores nostras ad id quod bonum est dirigamus.
Amabiles castitatis mores ostendant, puram et sinceram mansue- 7
tudinis suae voluntatem demonstrent, linguae suae moderationem
voce manifestam faciant, caritatem suam nulla personarum habita
ratione omnibus Deum sancte timentibus aequalem exhibeant.
Liberi vestri disciplinae Christi participes sint; discant quantum 8
humilitas apud Deum valeat, quid casta caritas apud Deum possit,
quemadmodum timor eius bonus sit et magnus, servans omnes qui
in ipso sancte versantur pura cum mente. Est enim Deus cogi- 9
tationum et consiliorum mentis scrutator et spiritus eius est in
nobis, et cum voluerit auferet eum.

CAP. XXII.

Haec autem omnia confirmat fides quae est in Christo. Ipse 1
enim per Spiritum Sanctum ita nos compellat:

,venite, filii, audite me; timorem Domini docebo vos.
Quis est homo, qui vult vitam, cupiens dies videre bo- 2
nos? Prohibe linguam tuam a malo et labia ne loquan- 3
tur dolum. Declina a malo et fac bonum. Quaere pa- 4.5

---

8) *διὰ τῆς φωνῆς*] Clemens Alexandrinus hoc loco utens scribit: *τὸ ἐπιεικὲς τῆς γλώσσης αὐτῶν διὰ τῆς σιγῆς φανερὸν ποιησάτωσαν*. Lectio *τῆς σιγῆς* adeo placuit Wottono, ut ei verior esse videretur altera *φωνῆς*, Hilgenfeldio adeo, ut in textum reciperet. Sed nil mutandum: Clemens more tantum suo egit, mutans quod libebat. Cf. quam ad IX 2 retulimus Wottoni de Clemente Alexandrino sententiam. Neque est quod obiciat quispiam sensu carere illud *φωνῆς*. Laudantur enim mulieres quia non nimis alta asperave voce utantur.

9) *κατὰ προσκλίσεις*] Bene I Tim. V 21 citat Cotelerius. Wottoni sententia hoc quoque loco Polycarpus in ep. ad Phil. IV imitatur Clementem Romanum.

10) *ἐννοιῶν καὶ ἐνθυμήσεων*] Eadem verba sunt apud scriptorem epistulae ad Hebr. IV 12.

11) *οὗ αὐτοῦ*] Hebraizat Clemens: cf. Al. Buttmann p. 240 sq.

12) *ἀνελεῖ*] Ita Davisius.

CAP. XXII. Totum caput, ut diximus, in usum suum convertit Clemens Al. Strom. IV 17 sq. p. 611 sq. Lacunas omnes una excepta explevit Iunius.

1) *οὕτως προσκαλεῖται ἡμᾶς*] Ps. XXXIII 12—17.

2) *χείλη σου τοῦ*] Codex omittit *σου*, quod habent LXX. Librarius sequente

5 καὶ ποίησον ἀγαθόν. ζήτησον εἰρήνην καὶ δίωξον αὐτήν.
6 ὀφθαλμοὶ κυρίου ἐπὶ δικαίους καὶ ὦτα αὐτοῦ πρὸς δέη-
σιν αὐτῶν· πρόσωπον δὲ κυρίου ἐπὶ ποιοῦντας κακὰ τοῦ
7 ἐξολεθρεῦσαι ἐκ γῆς τὸ μνημόσυνον αὐτῶν. ἐκέκραξεν[3]
ὁ δίκαιος, καὶ ὁ κύριος εἰσήκουσεν αὐτοῦ καὶ ἐκ πασῶν
8 τῶν θλίψεων αὐτοῦ[4] ἐρύσατο αὐτόν. πολλαὶ[5] αἱ μά-
στιγες τοῦ ἁμαρτωλοῦ, τοὺς δὲ ἐλπίζοντας ἐπὶ κύριον
ἔλεος κυκλώσει. ἀμήν.[6]

ΚΕΦ. ΚΓ'.

1 Ὁ οἰκτείρμων κατὰ πάντα καὶ εὐεργετικὸς[1] πατὴρ ἔχει
σπλάγχνα εἰς φοβουμένους[2] αὐτὸν, ἠπίως τε καὶ προσηνῶς τὰς
χάριτας αὐτοῦ ἀποδιδοῖ τοῖς προσερχομένοις αὐτῷ ἁπλῇ διανοίᾳ.
2 διὸ μὴ διψυχῶμεν,[3] μηδὲ ἐνδαλλέσθω[4] ἡ ψυχὴ ἡμῶν ἐπὶ ταῖς ὑπερ-
3 βαλλούσαις καὶ ἐνδόξοις δωρεαῖς αὐτοῦ. πόρρω γενέσθω ἀφ' ἡμῶν
ἡ γραφὴ αὕτη ὅπου λέγει·[5]

ταλαίπωροί εἰσιν οἱ δίψυχοι, οἱ διστάζοντες τὴν
ψυχὴν, οἱ λέγοντες· ‚ταῦτα ἠκούσαμεν καὶ ἐπὶ τῶν πα-
τέρων ἡμῶν, καὶ ἰδοὺ γεγηράκαμεν, καὶ οὐδὲν ἡμῖν τού-
4 των συνβέβηκεν.' ὦ ἀνόητοι,[6] συνβάλετε ἑαυτοὺς ξύλῳ· λάβετε

---

6. αυτωνπρ. 6. ποιουντας κακα.....θρευσαι. 6. τομνημ.....αυτων. 7. εκεκραξενοδ.....και. 7. αυτ.....πασων. — 7. θλιψαιων. — 7. α.....σατο. 8. μασ.....του. — 8. ελ.....τας. 8. κυκλωσε.....

CAP. XXIII. 1. οικτειρμων. — 1. παντακ.....γετικος. 1. ε..φοβουμενους. — 1. ηπιως.. — 1. αυτ.. — 1. προσεχομενοι. 3. συνβεβηκεν.

τοῦ in errorem inductus est. Scripsimus igitur σου τοῦ.

3) ἐκέκραξεν] Perfectum anomalon verbi κράζω, cuius et imperativus exsistit: κέκραξον. Vid. Passow. in lexico. Cf. et ἐκέκραγον XXXIV 6.

4) θλίψεων αὐτοῦ] Prima littera post ων est α cum spatio circiter septem litterarum: repono igitur αὐτοῦ. Wotton.

5) πολλαὶ αἱ — κυκλώσει] Psalm. XXXI 10.

6) κυκλώσε[ι. ἀμήν] Qui Tischendorfii ἀποτύπωμα expletis, ut fieri solet, versuum VIII IX X p. 38 col. II lacunis aspicit, oculos sibi feriri sentiet vacuo post κυκλωσει relicto spatio, cum et supra et infra positae versus octavi et decimi lacunae plures reposcant litteras quam quae adhuc editae sunt. Sunt enim post voc. κυκλωσε quattuor lineae parisienses, quae cum aequent litteras sex, scripsimus κυκλωσει. ἀμήν. Unius litterae quae deest nihil refert.

cem et persequere eam. Oculi Domini super iustos, et 6
aures eius in preces eorum; vultus autem Domini super
facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum.
Clamavit iustus, et Dominus exaudivit eum et ex omni- 7
bus tribulationibus eius liberavit eum. Multa sunt fla- 8
gella peccatoris, sperantem autem in Domino miseri-
cordia circumdabit.'

CAP. XXIII.

Misericors in omnibus et benignus pater animo commovetur 1
ab iis qui timent eum gratiasque suas benigne et suaviter lar-
gitur iis qui ad ipsum simplici mente accedunt. Quare animo 2
duplici ne simus, neque super eximiis et honorificis donis eius
imaginationi indulgeat anima nostra. Longe a nobis absit dictum 3
hoc Scripturae Sacrae ubi Dominus dicit:

,miseri sunt qui animo sunt duplices et dubii, di-
centes: Haec audivimus etiam tempore patrum nostro-
rum, et ecce, consenuimus, et nihil horum nobis accidit.'
O fatui, comparate vos arbori, vitem sumite. Primum quidem foliis 4

CAP. XXIII. 1) *κ[αὶ εὐερ]γετικός*] Ita primus Iunius, qui et sequentes lacunas explevit.

2) *ἔχει σπλάγχνα ε[ἰς] φοβουμένους*] Iunius et reliqui omnes editores legunt *ἐπὶ*. Sed vid. II Cor. VII 15: *τα σπλάγχνα αὐτοῦ εἰς ὑμᾶς ἐστιν*. Quare *εἰς* scribendum duximus.

3) *μὴ διψυχῶμεν*] *Δίψυχοι* opponuntur iis qui *ἁπλῇ διανοίᾳ προσέρχονται θεῷ*. Clemens fortasse in animo habuit Iac. IV 8.

4) *ἐνδαλλέσθω*] Qui, ut hoc verbum explicent, a classica graecitate auxilium petunt falli videntur: apud Homerum certe *ἐνδάλλεσθαι* nihil significat nisi *videri*, *se ostendere*. Qui cum Fello ad subst. *ἔνδαλμα* quod non solum apud LXX Sap. XIII 2, sed etiam apud veteres est i. q. *φάντασμα*, recurrunt, hi quoque nihil certi adsequi poterunt. Cum autem adiect. *ἐνδαλματικός*, si lexica sequeris, apud Patres ecclesiasticos sit quod quis sibi cogitatione fingit, nostrum eingebildet, ad illud fortasse recurrendum est.

5) *ἡ γραφὴ αὕτη ὅπου λέγει*] Ita primus scripsit Davisius: vulgo *αὐτη* legebant. De sensu vid. versionem. Sed attendas ad ea quae sunt in epistula pseudoclementina c. XI, ubi hic locus repetitur. Ibi legimus: *λέγει γὰρ ὁ προφητικὸς λόγος· Ταλαίπωροί εἰσιν* et q. s. Sed neque apud prophetas, neque alibi in Bibliis exstant verba h. l. tanquam divina data.

6) *ὦ ἀνόητοι*] Jacobsonus: „Haec, inquit, eadem iisdem paene verbis ha-

ἄμπελον· πρῶτον μὲν φυλλοροεῖ, εἶτα βλαστὸς γίνεται, εἶτα φύλλον, εἶτα ἄνθος, καὶ μετὰ ταῦτα ὄμφαξ, εἶτα σταφυλὴ παρεστηκυῖα· ὁρᾶτε ὅτι ἐν καιρῷ ὀλίγῳ εἰς πέπειρον καταντᾷ ὁ καρπὸς τοῦ
5 ξύλου. ἐπ' ἀληθείας ταχὺ καὶ ἐξαίφνης τελειωθήσεται τὸ βούλημα αὐτοῦ, συνεπιμαρτυρούσης καὶ τῆς γραφῆς·[7] ‚ὅτι ταχὺ ἥξει, καὶ οὐ χρονιεῖ, καὶ ἐξαίφνης ἥξει ὁ κύριος εἰς τὸν ναὸν αὐτοῦ, καὶ ὁ ἅγιος ὃν ὑμεῖς προσδοκᾶτε.'

ΚΕΦ. ΚΔ'.

1 Κατανοήσωμεν, ἀγαπητοί, πῶς ὁ δεσπότης ἐπιδείκνυται διηνεκῶς ἡμῖν τὴν μέλλουσαν ἀνάστασιν ἔσεσθαι ἧς τὴν ἀπαρχὴν[1]
2 ἐποιήσατο τὸν κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν ἐκ νεκρῶν ἀναστήσας. ἴδω-
3 μεν, ἀγαπητοί, τὴν κατὰ καιρὸν γινομένην ἀνάστασιν. ἡμέρα καὶ[2] νὺξ ἀνάστασιν ἡμῖν δηλοῦσιν· κοιμᾶται[3] ἡ νὺξ, ἀνίσταται ἡ ἡμέρα[4]·
4 ἡ ἡμέρα ἄπεισιν, ἡ νὺξ ἐπέρχεται.[5] βλέπωμεν[6] τοὺς καρπούς· ὁ σπό-
5 ρος κόκκου[7] τίνα τρόπον γίνεται; ἐξῆλθεν[8] ὁ σπείρων καὶ ἔβαλεν εἰς τὴν γῆν, καὶ βληθέντων[9] σπερμάτων ἅτινα πέπτωκεν[10] εἰς τὴν

---

4. πεπιρον. 5. εξεφνης. — 5. εξαιχνης confirmatum a Tischendorfio.

CAP. XXIV. 1. επιδικνυται. — 1. απαρχη. — 1. νεκ... — 2. και... — 3. ημερ.... — 3. δηλους.. — 3. ανιστα — ταιη....ημερα. 3. επερ..... 4. .....εν. — 4. οσπορος.....τινα. 5. εξηλ..... — γην... — .....ντων. 6. πεπτω.....εις.

bentur in fragmento illo quod vulgo laudatur velut epistula Clementis secunda § 11, unde eiusdem auctoris esse haec cuius superiora patet. Quod dudum monuerunt Pearsonus et Vendelinus, quos secuti sunt Colomesius et Freyius." Contra hanc Jacobsoni et aliorum sententiam provocamus ad sensum communem. Num verisimile est aliquem sua ipsius verba hoc modo tacite verbotenus describere? nonne verisimilius multo est aut pseudonymum quempiam Clementi aut Clementem pseudonymi alicuius verbis usum esse? Illud tantum quaeritur: uter horum prius vixerit: quod disceptet qui poterit.

7) καὶ τῆς γραφῆς] Quae leguntur Hebr. X 37 Hab. II 3 Mal. III 1, h. l., h. l. in unum conflavit Clemens.

CAP. XXIV. 1) ἀπαρχὴ[ν] I Cor. XV 23.

2) ἡμέρ[α καὶ] νύξ] Tertullianus de resurrectione § 12 locum hunc eleganter exprimit; nec dubium est quin in hoc et sequente capite quod de phoenice est Clementem nostrum secutus sit. Sic Epiphanius in Ancorato § 84. Opp. tom. II p. 88 ed. Petav.

Iunius.

nudatur, germen postea fit, folium deinde et flos, posthaec uva acerba, tandem demum uva matura. Videtis exiguo tempore fructus arboris ad maturitatem perduci. Re vera brevi et subito voluntas 5 eius perficietur, scriptura etiam testimonium perhibente: ‚statim venturus est neque tardabit et statim veniet Dominus in templum suum et sanctus quem vos exspectatis.'

CAP. XXIV.

Consideremus, dilecti, quemadmodum Dominus futuram re- 1 surrectionem continuo nobis ostendat, cuius primitias Dominum Iesum Christum fecit, suscitans eum a mortuis. Intueamur, dilecti, 2 resurrectionem, quae omni tempore fit. Dies et nox resurrectio- 3 nem nobis ostendunt; nox cubat, exsurgit dies; abit dies, nox ingruit et insequitur. Intueamur fruges, seminatio frumenti quomodo 4 fiat. Egressus est seminator, et semen in terram iecit, et iactis 5 seminibus quae nuda et arida in terram ceciderunt dissolvuntur.

---

3) *κοιμᾶται*] Hunc Clementis locum secutus est Tertullianus de resurr. § 12. Hefele.

4) *ἀνίσταται ἡ ἡμέρα*] Articulum *ἡ*, quem hucusque e coniectura tantum posuerant, Tischendorfius in ipso etiam codice cerni posse testatur: v. Append. cod. p. XIX. Nobis autem etiam sequenti vocabulo *νὺξ* (*ἐπέρχεται*) articulus *ἡ* addendus esse videbatur.

5) *ἐπέρ[χεται]* Ita et hanc lacunam et praecedentes omnes explevit Iunius.

6) *βλέπωμ]εν*] Haec adnotat Jacobsonus: „Sic certe legendum cum Gallandio post Millium, non *ἴδωμεν*, quod dederat Iunius. *ἐπέρχεται* ultima vox est in pagina codicis msti octava (i. e. p. 38 edit. Tischendorfii), et membrana lacera in superiore parte paginae nonae (i. e. p. 39 ed. Tischend.) lacunam certe sex litterarum exhibet."

7) *ὁ σπόρος κόκκου*] Jacobsonus: „Male, inquit, a Iunio *ὁ σπόρος [πᾶσι δῆλον] τίνα τ. γ.*; chasma enim non est nisi sex vel septem litterarum." — Cum hoc Jacobsoni computo ad amussim convenit linearum quem nos metiendo invenimus numerus: sunt enim lineae parisienses 9½. Quod cum ita sit, scribendum erat *ὁ σπόρος κόκκου*, id quod Wottonus primus, quamvis haesitans coniecit: sed vid. quae infra nota 11 ad v. 5 adnotavimus.

8) *ἐξῆλ[θεν ὁ σ]πείρων*] Vid. Luc. VIII 5 Mt. XIII 3.

9) *καὶ βληθέ]ντων*] Ita primus scripsit Iunius, sed haud scio an plane recte; copulae enim spatium deesse videtur. Sunt octo tantum lineae parisienses, aequantes litteras 5⅓.

10) *πέ[πτωκεν*] Ita primus scripsit Iunius.

γῆν ξηρὰ καὶ γυμνὰ[11] διαλύεται·[12] εἶτ' ἐκ τῆς διαλύσεως ἡ μεγαλειότης[13] τῆς προνοίας τοῦ δεσπότου ἀνίστησιν[14] αὐτὰ, καὶ ἐκ τοῦ ἑνὸς πλείονα αὔξει καὶ ἐκφέρει καρπόν.

ΚΕΦ. ΚΕ'.

1 Ἴδωμεν τὸ παράδοξον σημεῖον, τὸ γινόμενον ἐν τοῖς ἀνατολι-
2 κοῖς τόποις, τουτέστιν τοῖς περὶ τὴν Ἀραβίαν. ὄρνεον γὰρ ἐστὶν ὃ προσονομάζεται φοίνιξ.[1] τοῦτο μονογενὲς ὑπάρχον ζῇ ἔτη πεντακόσια· γενόμενόν τε ἤδη πρὸς ἀπόλυσιν τοῦ ἀποθανεῖν αὐτὸ σηκὸν ἑαυτῷ ποιεῖ ἐκ λιβάνου καὶ σμύρνης καὶ τῶν λοιπῶν ἀρωμάτων,
3 εἰς ὃν πληρωθέντος τοῦ χρόνου εἰσέρχεται καὶ τελευτᾷ. σηπομένης δὲ τῆς σαρκὸς σκώληξ τις γεννᾶται ὃς ἐκ τῆς ἰκμάδος τοῦ τετελευτηκότος ζώου ἀνατρεφόμενος πτεροφυεῖ· εἶτα γενναῖος γενόμενος αἴρει τὸν σηκὸν ἐκεῖνον ὅπου τὰ ὀστᾶ τοῦ προγεγονότος ἐστὶν καὶ ταῦτα βαστάζων διανύει[2] ἀπὸ τῆς Ἀραβικῆς χώρας ἕως τῆς Αἰ-
4 γύπτου εἰς τὴν λεγομένην Ἡλιούπολιν. καὶ ἡμέρας βλεπόντων πάντων ἐπιπτὰς ἐπὶ τὸν τοῦ ἡλίου βωμὸν τίθησιν αὐτὰ, καὶ οὕτως
5 εἰς τοὐπίσω ἀφορμᾷ. οἱ οὖν ἱερεῖς ἐπισκέπτονται τὰς ἀναγραφὰς τῶν χρόνων, καὶ εὑρίσκουσιν αὐτὸν πεντακοσιστοῦ ἔτους πεπληρωμένου ἐληλυθέναι.

ΚΕΦ. Κς'.

1 Μέγα καὶ θαυμαστὸν οὖν νομίζομεν εἶναι, εἰ ὁ δημιουργὸς τῶν ἁπάντων ἀνάστασιν ποιήσεται τῶν ὁσίως αὐτῷ δουλευσάντων ἐν πεποιθήσει πίστεως ἀγαθῆς, ὅπου καὶ δι' ὀρνέου δείκνυσιν ἡμῖν τὸ μεγαλεῖον τῆς ἐπαγγελίας αὐτοῦ;

---

6. *δια.....ειτε.* 6. *μεγα.....ης.* 6. *....τησιν.* — 6. *πλει...* —

CAP. XXV. 1. *...μεν.* — 1. *το..ομενον.* — 1. *..ποις.* 2. *ορναιον.* 2. *μονογενης.* quod confirmat Tischendorfius. 3. *τελευτηκοτος.* 3. *βασταζον.* 3. *διανευει.* 4. *παντων*, non *απαντων.*

CAP. XXVI. 1. *ορναιου.* 1. *δικνυσιν.* 1. *μεγαλιον.* 1. *επαγγελειας.*

11) *ξηρὰ καὶ γυμνά*] I Cor. XV 37 legimus: *καὶ ὃ σπείρεις οὐ τὸ σῶμα σπείρεις, ἀλλὰ γυμνὸν κόκκον, εἰ τύχοι, σίτου ἤ τινος τῶν λοιπῶν;* Haec verba Clementi ante animum fuisse videntur cum scribebat *ὁ σπόρος κόκκου*, neque erat, quod Wottonus haereret inter scriptiones *κόκκου* et *σίτου.*

Deinde ex dissolutione magna divinae providentiae maiestas ea resuscitat, ac ex uno plura fiunt, et fructum producunt.

CAP. XXV.

Contemplemur signum mirum, quod in partibus orientis, vi- 1
delicet in Arabia et viciniis, fit. Avis est, quae Phoenix vocatur. 2
Haec unigena exsistens annos quingentos vivit, cumque iam in eo est ut morte dissolvatur, e thure myrrha et reliquis aromatis loculum sibi struit, quem completo annorum spatio ingreditur; et vitam deponit. Ex carne vero eius putrefacta vermis quidam nascitur qui 3
animalis defuncti humore nutritus plumescit. Auctis postea viribus loculum tollit, in quo ossa parentis recondita sunt, eaque portans iter ex Arabica regione in Aegyptum et urbem quae Heliopolis dicitur perficit. Ac spectantibus omnibus diurno tempore advo- 4
lans super altare Solis illa collocat, atque ita unde venerat regreditur. Sacerdotes commentarios temporum diligenter inspiciunt, 5
et impleto anno quingentesimo rediisse illam comperiunt.

CAP. XXVI.

An magnum igitur et admirabile censebimus, si rerum om- 1
nium opifex resurgere eos faciat, qui cum certa bonae fidei spe religiose illi inservierunt, cum per volucrem promissionis suae magnificentiam abunde nobis patefaciat?

---

12) *δι[αλύεται]* Cum in codice nihil conspiciatur nisi *δι*, haud facile erat expiscatu, quae litterae exciderint. Sed subsidio venit Theophilus Antiochenus, qui ad Autol. I 13 hoc loco sic utitur: *ἀποθνήσκει καὶ λύεται.* Quare Iunius scripsit *λύει χρόνος*, Millius *διαλύεται.* Quod cum etiam Jacobsonus testetur hiatum inter *δι* et *ειτεκ* non admittere plures quam quinque vel septem litteras, sequitur Millio palmam dandam esse.

13) *ἡ μεγα[λειότ]ης]* Ita primus scripsit Henricus Wotton. Iunius legerat: *ἡ μεγάλη δύναμις.*

14) *ἀνίσ]τησιν]* Ita verbum restituit Iunius, qui et *πλείονα αὔξει* primus legit.

CAP. XXV. 1) *φοίνιξ]* Hunc locum repetit Cyrillus Hier. Cat. XVIII 8.

HEFELE.

2) *διανύει]* Ita primus legit Clericus pro eo quod cod. habet *διανεύει.*

2 λέγει γάρ που·[1]
‚καὶ ἐξαναστήσεις με, καὶ ἐξομολογήσομαί σοι.'
καί·[2]
‚ἐκοιμήθην καὶ ὕπνωσα, ἐξηγέρθην, ὅτι σὺ μετ'
3 ἐμοῦ εἶ.[3]
καὶ πάλιν Ἰὼβ λέγει·[4]
‚καὶ ἀναστήσεις τὴν σάρκα μου ταύτην τὴν ἀναντλήσασαν ταῦτα πάντα.'

ΚΕΦ. ΚΖ'.

1 Ταύτῃ οὖν τῇ ἐλπίδι προσδεδέσθωσαν αἱ ψυχαὶ ἡμῶν τῷ
2 πιστῷ ἐν ταῖς ἐπαγγελίαις καὶ τῷ δικαίῳ ἐν τοῖς κρίμασιν. ὁ παραγγείλας μὴ ψεύδεσθαι πολλῷ μᾶλλον αὐτὸς οὐ ψεύσεται· οὐδὲν
3 γὰρ ἀδύνατον παρὰ τῷ θεῷ εἰ μὴ τὸ ψεύσασθαι. ἀναζωπυρησάτω οὖν ἡ πίστις αὐτοῦ ἐν ἡμῖν, καὶ νοήσωμεν ὅτι πάντα ἐγγὺς αὐτῷ
4 ἐστιν. ἐν λόγῳ τῆς μεγαλωσύνης αὐτοῦ συνεστήσατο τὰ πάντα,
5 καὶ ἐν λόγῳ δύναται αὐτὰ καταστρέψαι. ‚τίς ἐρεῖ αὐτῷ· τί ἐποίησας;[1] ἢ τίς ἀντιστήσεται τῷ κράτει τῆς ἰσχύος αὐτοῦ;'
ὅτε θέλει καὶ ὡς θέλει ποιήσει πάντα, καὶ οὐδὲν μὴ[2] παρέλθῃ[3]
6 τῶν δεδογματισμένων ὑπ' αὐτοῦ. πάντα ἐνώπιον αὐτοῦ εἰσιν, καὶ
7 οὐδὲν λέληθεν τὴν βουλὴν αὐτοῦ. ‚οἱ οὐρανοὶ[4] διηγοῦνται δόξαν θεοῦ, ποίησιν δὲ χειρῶν αὐτοῦ ἀναγγέλλει τὸ στερέωμα· ἡμέρα τῇ ἡμέρᾳ[5] ἐρεύγεται ῥῆμα, καὶ νὺξ νυκτὶ ἀναγγέλλει γνῶσιν· καὶ οὐκ εἰσιν λόγοι οὐδὲ λαλιαὶ ὧν οὐχὶ ἀκούονται[6] αἱ φωναὶ αὐτῶν.'

---

2. .ayei. 2. .ai. — 2. .eiexom. 2. εξη.ερθην. — 2. ..ιπαλιν. — 2. ..σαρκαν.
CAP. XXVII. 7. ειοιουνοι. 7. ποιησειν. 7. ηημερατη.

CAP. XXVI. 1) λέγει γάρ που] videl. ὁ θεός. Ubinam? ignoratur. Cotelerius citavit Ps. XXVII. 7.

2) καί] Psalmum III 6 h. l. recordatur Clemens; adde psalmum XXII 4.

3) ὅτι σὺ μετ' ἐμοῦ εἶ] Haec verba leguntur in psalmo XXII 4.

4) Ἰὼβ λέγει] Iobi XIX 26 legimus: ὁ ἐκλύειν με μέλλων ἐπὶ γῆς ἀναστῆσαι τὸ δέρμα μου τὸ ἐναντλοῦν ταῦτα, ubi pro δέρμα etiam legitur σῶμα, ut τὴν σάρκα fortasse legerit Clemens. Ceterum ad hunc Hiobi locum Hieronymus: „Nullus, inquit, tam aperte

Dicit enim alicubi: 2

‚suscitabis me, et confitebor tibi;‘

et:

‚dormivi et soporatus sum; surrexi, quia tu mecum es.‘

Et rursus Iob dicit: 3

‚et carnem hanc meam resuscitabis, quae omnia haec passa est.‘

CAP. XXVII.

Hac igitur spe animi nostri ad eum adstringantur qui fidelis 1
est in promissionibus, et iustus in iudiciis. Qui mentiri vetuit, multo 2
minus ipse mentietur; nihil enim nequit Deus nisi mentiri. Ex- 3
suscitetur itaque in nobis fides eius, et omnia ipsi propinqua esse
consideremus. Deus qui verbo maiestatis suae omnia constituit, 4
verbo suo potest illa evertere. ‚Quis dicet ei: quid fecisti? vel 5
quis fortitudinis eius robori resistet?‘ Quando vult, et
quomodo vult, omnia faciet; neque quicquam ab eo semel decretum praeteribit. Omnia coram ipso sunt, nihilque consilium eius 6
latuit. ‚Caeli enarrant gloriam Dei; opus manuum eius 7
adnuntiat firmamentum. Dies diei eructat verbum, et
nox nocti indicat scientiam; et non sunt loquelae neque sermones quorum non audiantur voces.‘

---

post Christum quam iste ante Christum de resurrectione loquitur. Hier. opp. II 438 ed. Vallars. Hefele.

CAP. XXVII. 1) *τίς — ἐποίησας*] Haec leguntur Sap. XI 12.

2) *καὶ οὐδὲν μὴ*] Mt. XXIV 35.

3) *παρέλθῃ*] Desumptum ex Mt. XXIV 34. Nihil mutandum, coniunctivus enim regitur ab *οὐ μὴ*: vid. Al. Buttmann p. 183. 189. Io. XI 56.

4) *οἱ οὐρανοί*] Librarii culpa codex habet *εἰ οἱ οὐρ.* Ceterum h.l. dici psalmum XIX 2—4 quis Christianus ignorat?

5) *ἡμέρα τῇ ἡμέρᾳ*] Editiones codicem sequentes habent *ἡ ἡμέρα;* sed articulus neque sequens vocabulum *νύξ* praecedit, neque est apud LXX. Est heic vera somniantis librarii *διττογραφία.*

6) *ἀκούονται*] i. e. non intellegantur. Hefele.

ΚΕΦ. ΚΗ'.

1 Πάντων οὖν βλεπομένων καὶ ἀκουομένων[1] φοβηθῶμεν αὐτὸν καὶ ἀπολείπωμεν φαύλων ἔργων μιαρὰς ἐπιθυμίας, ἵνα τῷ ἐλέει
2 αὐτοῦ σκεπασθῶμεν ἀπὸ τῶν μελλόντων κριμάτων. ποῦ γάρ τις ἡμῶν δύναται φυγεῖν ἀπὸ τῆς κραταιᾶς χειρὸς αὐτοῦ; ποῖος δὲ κόσμος δέξεταί τινα τῶν αὐτομολούντων ἀπ' αὐτοῦ; λέγει γάρ που τὸ γραφεῖον·[2]
3 ,ποῦ ἀφήξω[3] καὶ ποῦ κρυβήσομαι ἀπὸ τοῦ προσώπου σου; ἐὰν ἀναβῶ εἰς τὸν οὐρανὸν, σὺ εἶ ἐκεῖ· ἐὰν ἀπέλθω εἰς τὰ ἔσχατα τῆς γῆς, ἐκεῖ ἡ δεξιά σου· ἐὰν καταστρώσω[4] εἰς τὰς ἀβύσσους, ἐκεῖ τὸ πνεῦμά σου.'
4 ποῖ οὖν τις ἀπέλθῃ, ἢ ποῖ ἀποδράσῃ[5] ἀπὸ τοῦ τὰ πάντα ἐμπεριέχοντος;

ΚΕΦ. ΚΘ'.

1 Προσέλθωμεν οὖν αὐτῷ ἐν ὁσιότητι ψυχῆς, ἁγνὰς[1] καὶ ἀμιάντους χεῖρας αἴροντες πρὸς αὐτὸν, ἀγαπῶντες τὸν ἐπιεικῆ καὶ εὔ-
2 σπλαγχνον πατέρα ἡμῶν, οὗς ἐκλογῆς[2] μέρος ἐποίησεν ἑαυτῷ. οὕτω γὰρ γέγραπται·[3]

,ὅτε διεμέριζεν ὁ ὕψιστος ἔθνη, ὡς διέσπειρεν υἱοὺς Ἀδὰμ, ἔστησεν ὅρια ἐθνῶν κατὰ ἀριθμὸν ἀγγέλων θεοῦ.
3 ἐγενήθη μερὶς κυρίου λαὸς αὐτοῦ Ἰακὼβ, σχοίνισμα κληρονομίας αὐτοῦ Ἰσραήλ.'
4 Καὶ ἐν ἑτέρῳ τόπῳ λέγει·[4]

,ἰδοὺ, κύριος λαμβάνει ἑαυτῷ ἔθνος ἐκ μέσου ἐθνῶν, ὥσπερ λαμβάνει ἄνθρωπος τὴν ἀπαρχὴν αὐτοῦ τῆς ἅλω· καὶ ἐξελεύσεται ἐκ τοῦ ἔθνους ἐκείνου ἅγια ἁγίων.'

CAP. XXVIII. 2. πουγαρ. 4. ηπου. 4. περιεχοντος, non περιεχοτος: vid. Tischendorfii append. codicum p. XIX.

CAP. XXIX. 1. επιεικην. 1. οσεκλογης. 2. αριθον.

CAP. XXVIII. 1) ἀκουομένων] sc. ὑπ' αὐτοῦ. Boisius.

2) γραφεῖον] γραφεῖα sunt ἁγιόγραφα. Hefele.

3) ποῦ ἀφήξω] Ps. CXXXVIII 7—10.

4) καταστρώσω] LXX καταβῶ. Clemens ad hebraica propius accedit: id quod iam ab aliis memoratum est.

CAP. XXVIII.

Cum omnia igitur eius oculis et auribus pateant, metuamus 1
eum, et impuras cupiditates pravorum operum deseramus, ut a
futuro iudicio eius misericordia tegamur. Quonam enim quis no- 2
strum a potente eius manu fugere potest? quis mundus quem-
piam ab eo transfugam recipiet? Dicit enim alicubi Scriptura:

‚quo ibo et ubi a facie Tua occultabor? Si ascendero 3
in caelum, Tu illic es; si ad terrae extrema abiero, dex-
tera Tua illic; si stratum posuero in abysso, illic est spi-
ritus Tuus.‘ Quo igitur abibit quispiam vel quo aufugiet ab eo 4
qui omnia complectitur?

CAP. XXIX.

Accedamus ergo ad eum cum sanctitate animae, castas et 1
impollutas manus elevantes ad illum, diligentes benignum et mi-
sericordem patrem nostrum qui nos sibi ipsi electionis partem
fecit. Sic enim scriptum est: 2

‚Altissimus cum divisit gentes, cum disseminavit
filios Adae, constituit terminos gentium secundum nu-
merum angelorum Dei. Et factus est pars Domini po- 3
pulus eius Iacob, funiculus hereditatis eius Israel.‘

Et alio loco dicit: 4

‚ecce Dominus tollit sibi gentem e medio gentium,
prout homo primitias areae suae tollit, et ex gente illa
sancta sanctorum egredientur.‘

---

5) *ποῖ ἀποδράσῃ*] Ita codicis scriptionem *ποῦ* primus correxit Mauricius Schmidt.

CAP. XXIX. 1) *ἁγνὰς*] Clemens imitatur S. Paulum I Tim. 2, 8.

2) *οὕς ἐκλογῆς*] Codex habet *ος*, sed *οὕς*, non *ὃς* scribendum esse primus vidit Davisius. Nam verbum *ἐποίησεν* poscit accusativum obiecti.

3) *οὕτω γὰρ γέγραπται*] Deut. XXXII 8. 9.

4) *καὶ ἐν ἑτέρῳ τόπῳ λέγει*] videl. *θεός*. Fallitur Clemens singulum tantum locum quae citat verba continere putans; nam conflata sunt ex Deut. IV 34 ubi *λαμβάνει — ἐθνῶν*, ex Num. XVIII 27 ubi *τῆς ἅλω*, ex II Chron. XXXI 14 ubi *τὴν ἀπαρχὴν* et *τὰ ἅγια ἁγίων* legimus; id quod primus monuit Frey.

ΚΕΦ. Λ'.

1 Ἁγίου οὖν[1] μερὶς[2] ὑπάρχοντες ποιήσωμεν τὰ τοῦ ἁγιασμοῦ πάντα, φεύγοντες καταλαλιὰς, μιαράς τε καὶ λάγνους[3] συμπλοκὰς, μέθας τε καὶ νεωτερισμοὺς καὶ βδελυκτὰς ἐπιθυμίας, μυσερὰν μοι-
2 χείαν, βδελυκτὴν ὑπερηφανίαν. „θεὸς[4] γάρ, φησίν, ὑπερηφά-
3 νοις ἀντιτάσσεται, ταπεινοῖς δὲ δίδωσιν χάριν.“ κολληθῶμεν οὖν ἐκείνοις οἷς ἡ χάρις ἀπὸ τοῦ θεοῦ δέδοται· ἐνδυσώμεθα τὴν ὁμόνοιαν ταπεινοφρονοῦντες, ἐγκρατευόμενοι, ἀπὸ παντὸς ψιθυρισμοῦ καὶ καταλαλιᾶς πόρρω ἑαυτοὺς ποιοῦντες, ἔργοις δι-
4 καιούμενοι, καὶ μὴ λόγοις.[5] λέγει γάρ·[6]

‚ὁ τὰ πολλὰ λέγων καὶ ἀντακούσεται· ἢ ὁ εὔλαλος
5 οἴεται εἶναι δίκαιος; εὐλογημένος γεννητὸς γυναικὸς
6 ὀλιγόβιος· μὴ πολὺς ἐν ῥήμασιν γίνου.‘ ὁ ἔπαινος ἡμῶν ἔστω ἐν θεῷ,[7] καὶ μὴ ἐξ αὐτῶν·[8] αὐτεπαινέτους γὰρ μισεῖ ὁ θεός.
7 ἡ μαρτυρία τῆς ἀγαθῆς πράξεως ἡμῶν διδόσθω ὑπ' ἄλλων, καθὼς
8 ἐδόθη[9] τοῖς πατράσιν ἡμῶν τοῖς δικαίοις. θράσος καὶ αὐθάδεια καὶ τόλμα τοῖς κατηραμένοις ὑπὸ τοῦ θεοῦ· ἐπιείκεια καὶ ταπεινοφροσύνη καὶ πραΰτης παρὰ τοῖς ηὐλογημένοις[10] ὑπὸ τοῦ θεοῦ.

CAP. XXX. 1. αγίουν. 1. αγνους. 1. μυσεραν. 1. μοιχιαν. 7. εδεηθη. 8. επιεικια.

CAP. XXX. 1) ἁγίου οὖν] Haec ad hunc locum adnotat Tischendorfius Append. codicum p. XIX: „Eo quo edidimus modo ipse scriptor, ut videtur, αγιου ουν reposuit. Librarius enim alexandrinus posteaquam priorem syllabam ου pro ea qua est incuria omisit, eam superscripsit ita ut scriptionis αγιουουν auctoritas solito maior esse videatur.“ Nihil igitur mutandum. Ad sensum quod attinet, dicit Clemens gentes instar populi Dei s. Iacobi factas esse Domini partem, i. e. Domino proprias. Ἁγίου est genetivus masculini generis, ἅγιος Deus.

2) μέρις est pars Domino propria, Domini proprietas.

3) λάγνους] Ita ex αγνους, quod codex habet, primus effecit Colomesius, scripsit Hilgenfeldius, praeeunte Wottono citans Clementem Alex. Paed. II 10. 85 p. 222. Qui ἀνάγνους legere malunt, minus, opinor, attendunt ad praecedens μιαράς, quod fortius quodpiam quocum iungatur epitheton exigit, cum ἀνάγνους nimis tenue sit. Accedit quod καὶ ἀνάγνους hiatum praeberet iniucundum.

4) θεὸς γάρ, φησίν] videl. θεὸς. Cf. λέγει, quod v. in ind. verb. Clemens

CAP. XXX.

Cum igitur portio Sancti simus, faciamus omnia quae ad sanc- 1
titatem pertinent, obtrectationes devitantes, impuros ac impudicos complexus, ebrietates, novarum rerum studia, concupiscentias abominandas, detestandum adulterium, exsecrabilem superbiam. ‚Deus enim, inquit, superbis resistit, humilibus autem dat 2
gratiam.' Adglutinemur igitur iis, quibus gratia a Deo concessa 3
est. Induamus concordiam, humiles, continentes, ab omni susurro et obtrectatione procul recedentes, operibus, non autem verbis nos iustificantes. Dicit enim: 4

‚qui multa dicit, et vicissim audiet; aut vir verbosus
putat se esse iustum? Benedictus natus mulieris, brevis 5
vitae; ne multus sis in verbis.' Sit laus nostra in Deo, et non 6
a nobis ipsis; odit enim Deus eos qui semetipsos laudant. Testi- 7
monium bonorum nostrorum operum ab aliis nobis exhibeatur, sicut patribus nostris qui iusti erant exhibitum est. Temeritas, 8
adrogantia et audacia eorum sunt qui maledicti sunt a Deo; moderatio vero, humilitas et mansuetudo eorum qui benedicti sunt a Deo.

---

ante oculos habet Iac. IV 6, qui locus nititur Proverbiis III 34. Proverbia enim si evolvis scripta leges: *κύριος ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται*. Iacobi autem locus, sicuti Clementis, sic incipit: *ὁ θεὸς ὑπερηφ*. Id quod primus monuit Wotton.

5) *ἔργοις δικαιούμενοι, καὶ μὴ λόγοις*] Sensu Iacobi modo citati loquitur Clemens, principio illi confessionis „Sola fide" minime obstans. Laudantur enim opera ex fide nata. Cf. XXXIII 4.

6) *λέγει γὰρ*] Iobi XI 2. 3 ex LXX interpretibus, dissentientibus tamen, ut monet Wottonus, et textu hebraico et vulgata.

7) *ὁ ἔπαινος ἔστω ἐν θεῷ*] Haec et proxime sequentia conflata sunt ex Rom. II 29. I Cor. IV 5. II Cor. X 17. 18. Prov. XXVII 2. Id quod primus adnotavit Wotton.

8) *αὐτῶν*] i. e. *ἐξ ἡμῶν αὐτῶν*. Etenim *αὕτων*, quod alii scribunt, ecclesiasticae certe biblicaeque graecitati repugnat. Cf. quae adnotavimus ad XII 2 *αὐτῶν*.

9) *ἐδόθη*] Codex habet *εδεηθη*, in quo fortasse latet forma alexandrina *ἐδέθη*. Cf. Al. Buttmann p. 41.

10) *ηὐλογημένοις*] Ita Tischendorfio teste codex, non *εὐλογημένοις*. Cf. Matth. XXV 34, ubi codex alex. eandem formam alexandrinam praebet.

ΚΕΦ. ΛΑ'.

1 Κολληθῶμεν οὖν τῇ εὐλογίᾳ αὐτοῦ καὶ ἴδωμεν τίνες αἱ ὁδοὶ
2 τῆς εὐλογίας· ἀνατυλίξωμεν τὰ ἀπ' ἀρχῆς γενόμενα. τίνος χάριν[1]
3 ηὐλογήθη ὁ πατὴρ ἡμῶν Ἀβραάμ; οὐχὶ δικαιοσύνην καὶ ἀλήθειαν
διὰ πίστεως ποιήσας; Ἰσαὰκ[2] μετὰ πεποιθήσεως γινώσκων[3] τὸ
4 μέλλον ἡδέως ἐγένετο θυσία. Ἰακὼβ[4] μετὰ ταπεινοφροσύνης
ἐξεχώρησεν τῆς γῆς αὐτοῦ δι' ἀδελφὸν[5] καὶ ἐπορεύθη πρὸς
Λαβὰν[6] καὶ ἐδούλευσεν· καὶ ἐδόθη αὐτῷ τὸ δωδεκάσκηπτρον[7]
τοῦ Ἰσραήλ.[8]

ΚΕΦ. ΛΒ'.

1 Εἴ τις καθ' ἓν ἕκαστον εἰλικρινῶς κατανοήσῃ, ἐπιγνώσεται
2 τὰ μεγαλεῖα[1] τῶν ὑπ' αὐτοῦ[2] δεδομένων δωρεῶν. ἐξ αὐτοῦ[3] γὰρ
ἱερεῖς καὶ Λευῖται πάντες οἱ λειτουργοῦντες τῷ θυσιαστηρίῳ τοῦ
θεοῦ· ἐξ αὐτοῦ ὁ κύριος Ἰησοῦς[4] τὸ κατὰ σάρκα· ἐξ αὐτοῦ βασιλεῖς
καὶ ἄρχοντες καὶ ἡγούμενοι κατὰ τὸν Ἰούδαν· τὰ δὲ λοιπὰ σκῆπτρα
αὐτοῦ οὐκ ἐν μικρᾷ δόξῃ ὑπάρχουσιν, ὡς ἐπαγγειλαμένου τοῦ
θεοῦ·[5] ,ὅτι ἔσται τὸ σπέρμα σου ὡς οἱ ἀστέρες τοῦ οὐρα-
3 νοῦ.' πάντες οὖν ἐδοξάσθησαν καὶ ἐμεγαλύνθησαν οὐ δι' αὐτῶν[6]
ἢ τῶν ἔργων αὐτῶν ἢ τῆς δικαιοπραγίας ἧς κατειργάσαντο, ἀλλὰ

CAP. XXXI. 1. *πιποιθησ.....σκων.* 3. *ηδε.....το.* — 4. *ταπεινοφρ.....* — 4. *αυ.....φον.* — 4. *προσ.....και.* — 4. *εδοθ.....το.* — 4. *του.....τις.*

CAP. XXXII. 1. ..*τις.* 1. *ιλικριν..* — 1. *επιγνωσεται....* — 1. ....*γαλεια.* 1. *δεδομε...* 2. *εξαυτων.* — 1. *δωραιων.* 2. *ιερεις..και.* — 2. *λιτουργ...τες.*

CAP. XXXI. 1) *τίνος χάριν*] Bene heic Iacobum II 21 conferunt interpretes. Et attendas ad verba *διὰ πίστεως*.

2) *Ἰσαὰκ*] Gen. XXII 7 sqq. Ceterum minus adsueti sumus ad hanc Isaaci aestimandi rationem.

3) *μετὰ πεποιθήσ[εως γινώσ]κων*] Ita primus hunc locum restituit Iunius, qui sequentes quoque sanavit lacunas.

4) *Ἰακὼβ*] Gen. XXVIII 29.

5) *τῆς γῆς αὐ[τοῦ δι' ἀδελ]φὸν*] Iunius scripsit: *τῆς γῆς αὐτοῦ φεύγων ἀδελφόν*. Cum autem in versu superiore (V col. V p. 40) sex tantum litterae desint, versus inferior tredecim litteris carere nequit, ut recte censet Jacobsonus. Vacat praeterea septem tantum linearum spatium, quod vix quinque litteras maiores capere solet. Adde quod versu qui infra est septimo quinque ad amussim litterae exciderunt, nempe *ισλει*. Quare verba *δι' αδελ* minoribus litteris scripta esse videntur.

6) *πρὸς* [*Λάβαν*] Ita primus scripsit Iunius, qui et *ἐδόθη αὐτῷ* reposuit.

CAP. XXXI.

Eius igitur benedictioni firmiter adhaereamus, et quaenam 1
sint benedictionis viae, videamus. Animo repetamus, quae ab initio 2
facta sunt. Cur Abraham pater noster benedictus fuit? nonne,
quia iustitiam et veritatem per fidem operatus est? Isaac cum 3
fiducia futurum cognoscens libenter factus est sacrificium. Iacob 4
animo submisso ob fratrem successit e terra sua, et profectus est
ad Labanum et servivit; et data sunt ei duodecim sceptra Israelis.

CAP. XXXII.

Si quis animo sincero singula perpenderit, donorum quae a 1
Deo tributa sunt magnificentiam intelleget. Ab illo enim orti sunt 2
sacerdotes omnes et Levitae, qui altari Dei inserviunt; ab illo
Dominus Iesus secundum carnem; ab illo reges, principes et duces
per familiam Iudae. Nec reliquae eius tribus in parvo honore
sunt, promittente scilicet Domino: ‚erit semen tuum tanquam
stellae coeli.‘ Ii ergo omnes gloriam et amplitudinem consecuti 3
sunt non per seipsos aut opera sua, aut iuste acta, quae fecerunt,

---

7) *τὸ δωδεκάσκηπτρον*] i. e. *τὸ σκῆπτρον* s. *τὰ σκῆπτρα τῶν δέκα φυλῶν*. Iunius citat I Regum XI 31 (35). Et Jacobsonus haec adnotat: *Τὸ δωδεκάσκηπτρον* est *τὸ δωδεκάφυλον; σκῆπτρον* enim pro *φυλῇ* sumitur, ut I Reg. XI 31 (35). Iunius.

Sic apud Hebraeos שבט utrumque et sceptrum et tribum denotat.

Boisius.

Cf. c. XXXII 2 *τὰ δὲ λοῖπα σκῆπτρα*. Infra cap. LV Clemens noster habet *τὸ δωδεκάφυλον τοῦ Ἰσραήλ*. Exempla huius vocis *σκῆπτρον* eodem sensu positae praebent LXX interpretes I Sam. IX 21. I Reg. VIII 16. XI 13. 31, et Symmachus Ps. LXXXIII 3 habet *σκῆπτρον*, ubi alii *φυλήν* habent. Quae indicat Schleusnerus in lexico.

Jacobson.

8) *τοῦ* [*Ἰσραήλ. εἰ*] Post *τοῦ* sequitur lacuna litterarum quinque: *ισ̅λ̅ει.*

CAP. XXXII. 1) [*τὰ με*]*γαλεῖα*] Ita primus scripsit Iunius.

2) *ὑπ' αὐτοῦ δεδομέ*[*νων*] *δωρεῶν*] Errant qui substantivum *δωρεῶν* ad Iacobum trahunt: repugnant iis quae praecedunt: *εἴτις — κατανοήσῃ.*

3) *ἐξ αὐτοῦ*[videl. *Ἰακώβου*. Codex *αυτων*, quod iam Iunius, non, ut dicunt, Wottonus demum correxit.

4) *ἐξ αὐτοῦ ὁ κύριος Ἰησοῦς*] Cf. Rom. IX 5.

5) *τοῦ θεοῦ*] Gen. XXII 17.

6) *δι' αὐτῶν*] Codex habet *αὐτῶν*, ex quo cum *αὑτῶν* fieri nequeat (v. notam ad XII 2), *ἑαυτῶν* quin faceremus impediit timor temeritatis.

4 διὰ τοῦ θελήματος αὐτοῦ. καὶ ἡμεῖς οὖν διὰ θελήματος αὐτοῦ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ κληθέντες οὐ δι' ἑαυτῶν[7] δικαιούμεθα οὐδὲ διὰ τῆς ἡμετέρας σοφίας ἢ συνέσεως ἢ εὐσεβείας ἢ ἔργων ὧν κατειργασάμεθα ἐν ὁσιότητι καρδίας, ἀλλὰ διὰ τῆς πίστεως, δι' ἧς πάντας τοὺς[8] πιστοὺς ἀπ' αἰῶνος[9] ὁ παντοκράτωρ θεὸς ἐδικαίωσεν· ᾧ ἔστω ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

ΚΕΦ. ΛΓ'.

1 Τί οὖν ποιήσωμεν, ἀδελφοί; ἀργήσωμεν ἀπὸ τῆς ἀγαθοποιΐας καὶ ἐγκαταλείπωμεν τὴν ἀγάπην; μηθαμῶς[1] τοῦτο ἐάσαι ὁ δεσπότης ἐφ' ἡμῖν γενηθῆναι,[2] ἀλλὰ σπεύσωμεν μετὰ ἐκτενείας καὶ προ-
2 θυμίας πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἐπιτελεῖν. αὐτὸς γὰρ[3] ὁ δημιουργὸς καὶ
3 δεσπότης τῶν ἁπάντων ἐπὶ τοῖς ἔργοις αὐτοῦ ἀγαλλιᾶται. τῷ γὰρ παμμεγεθεστάτῳ αὐτοῦ κράτει οὐρανοὺς ἐστήρισεν,[4] καὶ τῇ ἀκαταλήπτῳ αὐτοῦ συνέσει διεκόσμησεν[5] αὐτούς· γῆν τε διεχώρισεν[6]

---

4. της ημερας. — 4. πιστ. — 4. παντασταυαπ.

CAP. XXXIII. 1. αγαθοποιι.. — 1. αγαπη. — 2. δεσποτ.. — 1. γεγενηθηναι. 1. εκτενια. — 1. αγαθ.. — 2. και δ....της. — 2. ερ....αυτου. 3. αυτ.. — 3. εστηρισε. — 3. συ..... 3. .....σμησεν. 3. .....ρισεν. —

7) οὐ δι' ἑαυτῶν] i. e. δι' ἡμῶν αὐτῶν: cf. Al. Buttmann p. 99.

8) δι' ἧς πάντας τοὺς πιστοὺς ἀπ' αἰῶνος] Post verbum τοὺς librarii incuria verbum excidisse videtur, et vix dubitamus quin legendum sit δι' ἧς πάντας τοὺς πιστοὺς ἀπ' αἰῶνος ὁ παντοκράτωρ θεὸς ἐδικαίωσεν. — πιστοί sunt qui dicuntur Hebr. XI 39 μαρτυρηθέντες διὰ τῆς πίστεως. Eodem modo cap. XII 8 legimus: λύτρωσις ἔσται πᾶσιν τοῖς πιστεύουσιν καὶ ἐλπίζουσιν ἐπὶ τὸν θεόν. Ceterum mentione dignam censemus coniecturam a Mauricio Schmidt Hilgenfeldii in editione editae. Quae est: πάντας που ἀπ' αἰῶνος. Sed haec speciosior quam verior esse videtur. Nam adverbium που apud Clementem semper idem est quod *aliquo loco*, alicubi (irgendwo, some-where), nunquam i. q. *ubique* (überall, everywhere). Nec dici poterat omnes ubique terrarum ab omni inde tempore a Deo iustificatos esse: condicio limitans necessaria erat. Quod etiam opponimus vulgatae quae a Wottono inde fertur lectioni δι' ἧς πάντας τοὺς ἀπ' αἰῶνος. Quae si — quod nequit — propter sensum ferri posset, tamen linguae legibus contradiceret: istud τοὺς certe delendum esset, ut legeremus: δι' ἧς πάντας ἀπ' αἰῶνος ὁ θεὸς ἐδικαίωσεν.

9) ἀπ' αἰῶνος] Act. III 21. XV 18.

CAP. XXXIII. 1) μηθαμῶς] Ita codex: cf. Al. Buttmann p. 25.

2) γενηθῆναι] Codex exhibet γεγενηθῆναι. Et mirum sane hoc verbi monstrum non ab omnibus statim editoribus expulsum esse, facileque factu

sed per voluntatem eius. Et nos igitur, ex voluntate eius in Christo 4
Iesu vocati, non per nos ipsos iustificamur, neque per sapientiam nostram aut intelligentiam aut pietatem aut opera quae cordis sanctitate operati sumus, sed per fidem, per quam omnipotens Deus ab initio fideles omnes iustificavit. Cui sit gloria in saecula saeculorum. Amen.

CAP. XXXIII.

Quid igitur faciemus, fratres? Cessabimus a bonis operibus, 1
et caritatem derelinquemus? Neutiquam hoc apud nos fieri permittat Dominus, sed cum diligentia et animi alacritate omne opus bonum peragere festinemus. Ipse enim opifex et Dominus omnium 2
de operibus suis exsultat. Caelos enim suprema sua et summa po- 3
tentia stabilivit, illosque incomprehensibili sua sapientia ornavit;

---

erat illud ita disiungere, ut scriberetur: *ἐφ' ἡμῖν γε γενηθῆναι;* id quod iam factum est in editione principe a Patricio Iunio. Sed duae huic scriptioni rationes obstant: prima est, quod Clemens particula *γε* nunquam, ut diximus, uti videtur; altera, quod sensus illam recipere recusat. Etenim si Clemens scripsisset: *ἐφ' ἡμῖν γε*, dixisset: „Nos quidem, Deus pater, tuere, ne ita fallamur, alios autem non curamus: quid illis facere vis, facias.“ Expellenda igitur erat syllaba, non particula *γε*, ex *διττογραφίᾳ* orta. Ita, uti nos, iam Schoenemannus legit.

3) *αὐτὸς γάρ*] Citantur haec, ut monet Wottonus, a Ioanne Damasceno in sacris Parallelis l. I a § VIII Tom. II p. 310 ed. Le Quien. Haec enim Hilgenfeldio (non Wottono qui partem eorum incuria omisit) referente scribit Ioannes Dam.: *Αὐτὸς ὁ δημιουργὸς καὶ δεσπότης τῶν ἁπάντων ἐπὶ τοῖς ἔργοις αὐτοῦ ἀγάλλεται. τῷ γὰρ παμμεγεστάτῳ αὐτοῦ κράτει οὐρανοὺς ἐστήριξεν, καὶ τῇ ἀκαταλήπτῳ αὐτοῦ συνέσει διεκόσμησεν αὐτούς, γῆν δὲ ἐχώρισεν ἀπὸ τοῦ περιέχοντος αὐτὴν ὕδατος καὶ ἤδρασεν ἐπὶ τὰ ἀσφαλῆ τοῦ ἰδίου θελήματος θεμέλιον. ἐπὶ τούτοις τὸν ἐξοχώτατον καὶ παμμεγεθῆ ἄνθρωπον ταῖς ἰδίαις αὐτοῦ καὶ ἀμώμοις χερσὶν ἔπλασεν τῆς ἑαυτοῦ εἰκόνος χαρακτῆρα. οὕτως γάρ φησιν ὁ θεός· ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν. καὶ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον· ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς· ταῦτα οὖν πάντα τελειώσας ἐποίησεν αὐτὰ καὶ εὐλόγησε καὶ εἶπεν· αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε.*

4) *ἐστήρισεν*] Et haec lacuna, et quae in hoc capite praecedunt a Iunio primo expletae sunt.

5) *συ[νέσει διεκόσμησεν*] Ex Ioanne Damasceno haec primus hausit Henricus Wotton. Iunius legit: *σοφία ἐκόσμησεν*, quamvis invito codice. Nam litteras *συ* etiam conspici testantur Jacobsonus et Tischendorfius.

6) [*διεχώρ*]*ισεν*] Hoc ex Ioannis Dam. verbis *δὲ ἐχώρισεν* primus effecit Wottonus. Cf. Gen. I 7 *καὶ διεχώρισεν ὁ θεός.*

ἀπὸ τοῦ περιέχοντος αὐτὴν[7] ὕδατος καὶ ἥδρασεν ἐπὶ τὸν ἀσφαλῆ τοῦ ἰδίου βουλήματος θεμέλιον· τά τε ἐν αὐτῇ ζῶα φοιτῶντα τῇ ἑαυτοῦ συντάξει[8] ἐκέλευσεν εἶναι· θάλασσαν[9] καὶ τὰ ἐν αὐτῇ ζῶα
4 προδημιουργήσας ἐνέκλεισεν τῇ ἑαυτοῦ δυνάμει. ἐπὶ πᾶσιν τὸ ἐξοχώτατον καὶ παμμέγεθες κατὰ διάνοιαν, ἄνθρωπον, ταῖς ἱεραῖς καὶ
5 ἀμώμοις χερσὶν ἔπλασεν τῆς ἑαυτοῦ εἰκόνος χαρακτῆρα. οὕτως γάρ φησιν ὁ θεός·[10]

,ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν ἡμετέραν· καὶ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον, ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς.'

6 ταῦτα οὖν πάντα τελειώσας ἐπῄνεσεν αὐτὰ καὶ ηὐλόγησεν καὶ
7 εἶπεν·[11] ,αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε.' ἴδωμεν ὅτι τοῖς ἔργοις ἀγαθοῖς[12] πάντες ἐκοσμήθησαν οἱ δίκαιοι· καὶ αὐτὸς οὖν ὁ κύριος
8 ἔργοις ἑαυτὸν κοσμήσας ἐχάρη. ἔχοντες οὖν τοῦτον τὸν ὑπογραμμὸν ἀόκνως προσέλθωμεν τῷ θελήματι αὐτοῦ· ἐξ ὅλης ἰσχύος ἡμῶν ἐργασώμεθα ἔργον δικαιοσύνης.

ΚΕΦ. ΛΔ'.

1 Ὁ ἀγαθὸς ἐργάτης μετὰ παρρησίας λαμβάνει τὸν ἄρτον τοῦ ἔργου αὐτοῦ,[1] ὁ νωθρὸς καὶ παρειμένος οὐκ ἀντοφθαλμεῖ τῷ ἐργο-
2 παρέκτῃ αὐτοῦ. δέον οὖν ἐστὶν προθύμους ἡμᾶς εἶναι εἰς ἀγαθο-
3 ποιΐαν· ἐξ αὐτοῦ γάρ ἐστιν τὰ πάντα. προλέγει γὰρ ἡμῖν·[2]

,ἰδοὺ ὁ κύριος καὶ ὁ μισθὸς αὐτοῦ πρὸ προσώπου αὐτοῦ, ἀποδοῦναι ἑκάστῳ κατὰ τὸ ἔργον αὐτοῦ.'

---

3. περιεχον.....την. 3. επι....ον. 3. βου....τος. — 3. εν αυ...ωα. 3. ...αξει. 3. θαλασ....αι. — 3. προδημι.....σας. — 3. ενεκλισεν. — 3. ..ναμει. 4. πασι. 4. ..ιπαμμ. — 4. .νον. 6. αυξανεσθαι. 6. πληθυνεσθαι. 7. οτιτοενεγ γοις αγαθοις.

7) ἀπὸ τοῦ περιέχον[τος αὐτ]ὴν ὕδατος] Ita primus scripsit Iunius, qui et sequentes lacunas ἐπὶ τὸν ἀσφαλῆ, βουλήματος, ἐν αὐτῇ ζῶα sanavit.

8) τῇ ἑαυτοῦ [συντά]ξει] Vulgo legitur τῇ ἑαυτοῦ προστάξει. Sed Tischendorfius vocabulum προστάξει spatio non convenire ratus, συντάξει scribendum esse coniecit: quod recepimus. Quod attinet ad dativum sine praepositione cum εἶναι coniunctum, qui displicet Mauricio Schmidt, cf. XL 1 τάξει. Nihil igitur mutandum.

9) θάλασ[σαν κ]αὶ τὰ] Ita Tischen-

terram etiam ab aqua quae illam ambit separavit et immobili propriae voluntatis fundamento impositam firmavit, et animalia quae in illa versantur ordinem suum tenere praecepit; mare etiam et quae in illo vivunt animalia cum prius creasset, potentiae suae inclusit. Praeter haec omnia animal excellentissimum et intel- 4 lectus dignitate celsissimum, hominem, imaginis suae characterem, sacris et intaminatis manibus formavit. Sic enim dicit Deus: 5

‚faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram; et creavit Deus hominem, masculum et feminam creavit eos.‘

Haec igitur omnia cum perfecisset, laudavit ea et benedixit, 6 dixitque: ‚crescite et multiplicamini.‘ Videamus iustos om- 7 nes bonis operibus ornatos fuisse; ipse etiam Dominus postquam operibus seipsum ornavit gavisus est. Habentes itaque hoc 8 exemplar, ad voluntatem eius impigre accedamus, et totis nostris viribus opus iustitiae operemur.

CAP. XXXIV.

Bonus operarius bono animo panem operis sui accipit; segnis 1 vero et remissus locatorem suum non audet intueri. Oportet ergo 2 nos ad bonum faciendum prompto animo esse; a Deo enim omnia porriguntur. Praedicit enim nobis: 3

‚ecce Dominus, et merces eius coram ipso, ut reddat unicuique secundnm opus suum.‘

---

dorfius, non *θάλασσάν τε καὶ*, quod nimis spatii occupat.

10) *φησιν ὁ θεός*] Gen. I 26. 27.

11) *ηὐλόγησεν καὶ εἶπεν*] Gen. I 28.

12) *ὅτι τοῖς ἔργοις ἀγαθοῖς*] Ita iam Iunius a Clemente scriptum esse iudicavit. In codice est

versu 23 exeunte *τοεγεγ* (sic, non *ερ*)

versu 24 ineunte *γοισαγαθοις*.

Scriba cum pingeret *τοεγεγ*, litteras quas describebat aut omnino non, aut vix legere potuit, sive aliter erravit. Facile igitur nobis concedes ex *το εν εγγοις* effici posse *τοῖς ἔργοις*. Articulus *τοῖς* explicandus est ex iis quae leguntur v. 1 *πᾶν ἔργον ἀγαθόν*.

CAP. XXXIV. 1) *αὐτοῦ*] i. e. *τοῦ ἐργοπαρέκτου* = *θεοῦ*. Boissus.

2) *προλέγει γὰρ ἡμῖν*] Reminiscitur Clemens eorum quae legit apud Jes. XL 10. LXII 17 in apocal. XXII 17.

4 προτρέπεται οὖν ἡμᾶς ἐξ ὅλης τῆς καρδίας ἐπ' αὐτὸ τὸ[3] μὴ
5 ἀργοὺς μήτε παρειμένους εἶναι ἐπὶ πᾶν ἔργον ἀγαθόν. τὸ καύχημα
ἡμῶν καὶ ἡ παρρησία ἔστω ἐν αὐτῷ· ὑποτασσώμεθα τῷ θελήματι
αὐτοῦ· κατανοήσωμεν τὸ πᾶν πλῆθος τῶν ἀγγέλων αὐτοῦ, πῶς τῷ
6 θελήματι αὐτοῦ λειτουργοῦσιν παρεστῶτες. λέγει γὰρ ἡ γραφή·[4]

,μύριαι μυριάδες παρειστήκεισαν αὐτῷ, καὶ χίλιαι χιλιάδες ἐλειτούργουν αὐτῷ καὶ ἐκέκραγον·[5] ἅγιος ἅγιος ἅγιος[6] κύριος σαβαὼθ, πλήρης πᾶσα ἡ κτίσις τῆς δόξης αὐτοῦ.'

7 καὶ ἡμεῖς οὖν ἐν ὁμονοίᾳ ἐπὶ τὸ αὐτὸ συναχθέντες τῇ συνειδήσει ὡς ἐξ ἑνὸς στόματος βοήσωμεν πρὸς αὐτὸν ἐκτενῶς εἰς τὸ μετόχους ἡμᾶς γενέσθαι τῶν μεγάλων καὶ ἐνδόξων ἐπαγγελιῶν
8 αὐτοῦ. λέγει γάρ·[7]

,ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδεν καὶ οὗς οὐκ ἤκουσεν καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη ὅσα ἡτοίμασεν τοῖς ὑπομένουσιν αὐτόν.'

ΚΕΦ. ΛΕ'.

1.2 Ὡς μακάρια καὶ θαυμαστὰ τὰ δῶρα τοῦ θεοῦ, ἀγαπητοί. ζωὴ ἐν ἀθανασίᾳ, λαμπρότης ἐν δικαιοσύνῃ, ἀλήθεια ἐν παρρησίᾳ, πίστις ἐν πεποιθήσει, ἐγκράτεια ἐν ἁγιασμῷ· καὶ ταῦτα ὑπέπιπτεν πάντα
3 ὑπὸ τὴν διάνοιαν ἡμῶν.[1] τίνα οὖν ἄρα ἐστὶν τὰ ἑτοιμαζόμενα τοῖς ὑπομένουσιν; ὁ δημιουργὸς καὶ πατὴρ τῶν αἰώνων, ὁ πανάγιος,
4 αὐτὸς γινώσκει τὴν ποσότητα καὶ τὴν καλλονὴν αὐτῶν. ἡμεῖς οὖν ἀγωνισώμεθα εὑρεθῆναι ἐν τῷ ἀριθμῷ τῶν ὑπομενόντων αὐτὸν,
5 ὅπως μεταλάβωμεν τῶν ἐπηγγελμένων δωρεῶν. πῶς δὲ ἔσται τοῦτο, ἀγαπητοί; ἐὰν ἐστηριγμένη ᾖ ἡ διάνοια ἡμῶν διὰ πίστεως[2]

CAP. XXXIV. 4. προτρεπετε. 4. επαυτωμη. 4. .ληθος. 4. λιτουργουσιν. — 6. λιτουργουν. Tischendorflus: „sic".

CAP. XXXV. 2. εγκρατια. — 4. δωραιων. — 5. ημωνπιστεως.

3) ἐπ' αὐτὸ τὸ μὴ ἀργοὺς μ. π. εἶναι] Est haec palmaria Mauricii Schmidt coniectura. Verba τὸ μὴ ἀργοὺς εἶναι sono effert Clemens, ratione habita verbi ἀργήσωμεν XXXIII 1. Nemo neget librarium male legentem ex αυτο το αυτω facere potuisse.

4) λέγει γὰρ ἡ γραφή] Daniel VII 10.

5) ἐκέκραγον] Forma alexandrina. Cf. supra ἐκέκραξεν XXII 7.

Itaque adhortando nos ad id ipsum convertit toto corde, ne 4
segnes et desides simus ad omne opus bonum. Gloriatio nostra 5
et fiducia in ipso sit; voluntati eius subiciamur, et multitudinem universam angelorum eius diligenter consideremus, quomodo adstantes voluntatem eius exsequantur. Dicit enim Scriptura: 6

‚dena milia denum milium adsistebant ei, et mille milia deserviebant ei et clamabant: Sanctus Sanctus Sanctus Dominus Sabaoth; plena est omnis creatura gloria eius.‘

Et nos ergo conscientia ducti, concordes in unum congregati, 7
tanquam ex uno ore ad ipsum clamemus, ut magnarum et gloriosarum promissionum eius participes fiamus. Dicit enim: 8

‚oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis adscendit quanta praeparavit exspectantibus eum.‘

CAP. XXXV.

Quam beata, dilecti, et admirabilia sunt dona Dei! Vita in 1.2
immortalitate, splendor in iustitia, veritas in libertate, fides in confidentia, temperantia in sanctitate; et haec omnia sub intellectum nostrum cadunt. Quaenam igitur sunt quae exspectanti- 3
bus eum praeparantur? Sanctissimus opifex et saeculorum pater solus quantitatem et pulcritudinem eorum novit. Nos igitur, ut 4
promissorum donorum participes fiamus, in numero eorum qui eum exspectent ut reperiamur summo studio contendamus. Quo- 5
modo autem hoc fiet, dilecti? Si fidei in Deum cognitio nostra

---

6) *ἅγιος ἅγιος ἅγιος*] Ies. VI 3 legimus: *καὶ ἐκέραγεν ἕτερος πρὸς τὸν ἕτερον καὶ ἔλεγον· Ἅγιος ἅγιος ἅγιος κύριος σαβαώθ* et q. s.

7) *λέγει γὰρ*] In Bibliis non leguntur quae heic citantur verba.

CAP. XXXV. 1) *καὶ ταῦτα ὑπέπιπτεν πάντα ὑπὸ τὴν διάνοιαν ἡμῶν*] i. e. haec bona iam heic, in hoc mundo, adsequi potest mens humana, quia ea sunt, quae mens hominum capiat. Frey confert I Ioannis III 2.

2) *διὰ πίστεως*] Coniecturam hanc Iunii, praepositionem *διὰ* elapsam restituentis recepimus, cum neque solum genetivum *πίστεως* intellegamus, nec Hilgenfeldii coniecturam *πιστῶς* cum sequentibus *πρὸς τὸν θεὸν* convenire putemus. *Ἡ πίστις πρὸς τὸν θεὸν* dicitur etiam 1 Thess. I 8.

πρὸς τὸν θεὸν, ἐὰν ἐκζητῶμεν τὰ εὐάρεστα καὶ εὐπρόσδεκτα αὐτῷ,
ἐὰν ἐπιτελέσωμεν τὰ ἀνήκοντα τῇ ἀμώμῳ βουλήσει αὐτοῦ καὶ ἀκο-
λουθήσωμεν τῇ ὁδῷ τῆς ἀληθείας, ἀπορίψαντες ἀφ' ἑαυτῶν πᾶσαν
ἀδικίαν[3] καὶ ἀνομίαν πλεονεξίαν ἔρεις κακοηθείας τε καὶ δόλους,
ψιθυρισμούς τε καὶ καταλαλιὰς, θεοστυγίαν[4], ὑπερηφανίαν τε καὶ
6 ἀλαζονίαν, κενοδοξίαν τε καὶ φιλοφθονίαν.[5] ταῦτα γὰρ οἱ πράσσον-
τες στυγητοὶ τῷ θεῷ ὑπάρχουσιν· οὐ μόνον δὲ οἱ πράσσοντες αὐτὰ,
7 ἀλλὰ καὶ οἱ συνευδοκοῦντες[6] αὐτοῖς. λέγει γὰρ ἡ γραφή·[7]

‚τῷ δὲ ἁμαρτωλῷ εἶπεν ὁ θεός· ἵνα τί σὺ διηγῇ τὰ
δικαιώματά μου καὶ ἀναλαμβάνεις τὴν διαθήκην μου
8 ἐπὶ στόματός σου; σὺ δὲ ἐμίσησας παιδείαν καὶ ἐξέβα-
λες[8] τοὺς λόγους μου εἰς τὰ ὀπίσω· εἰ ἐθεώρεις κλέπτην,
συνέτρεχες αὐτῷ, καὶ μετὰ μοίχων τὴν μερίδα σου ἐτί-
θεις· τὸ στόμα σου ἐπλεόνασεν κακίαν, καὶ ἡ γλῶσσά
σου περιέπλεκεν δολιότητα· καθήμενος κατὰ τοῦ ἀδελ-
φοῦ σου κατελάλεις, καὶ κατὰ τοῦ υἱοῦ τῆς μητρός σου
9 ἐτίθεις σκάνδαλον. Ταῦτα ἐποίησας, καὶ ἐσίγησα· ὑπέ-
10 λαβες, ἄνομε,[9] ὅτι ἔσομαί σοι ὅμοιος. ἐλέγξω σε, καὶ
11 παραστήσω σε κατὰ πρόσωπόν σου. σύνετε δὴ ταῦτα οἱ
ἐπιλανθανόμενοι τοῦ θεοῦ, μήποτε ἁρπάσῃ ὡς λέων[10],
12 καὶ μὴ ᾖ ὁ ῥυόμενος. θυσία αἰνέσεως δοξάσει με, καὶ
ἐκεῖ ὁδὸς ἣν[11] δείξω αὐτῷ τὸ σωτήριον τοῦ θεοῦ.'

---

5. καταλιλιας. — 5. αλαζονιαν. — 5. φιλοξενιαν. 6. συμονδε. 7. σωματοσσου. — 8. παιδιαν. 8. εξαβαλλες. 8. αδελφουσσου, quod confirmat Tischenfius. 9. ανομαι.

3) ἀδικίαν] Cf. Rom. I 29—32.

4) θεοστυγίαν] Hoc vocabulum apud Passowium non reperitur; est igitur, nisi fallor, ἅπαξ λεγόμενον.

5) κενοδόξιαν τε καὶ φιλοφθονίαν] Codex habet φιλοξενίαν, pro quo ἀφιλοξενίαν proposuerunt, quod friget; φιλοδοξίαν, φιλοτιμίαν, quorum verborum formae — ut de sensu taceamus — nimis differunt a φιλοξενίᾳ; denique φιλοκενίαν, quod verbum non exsistit. Quare coniecturam nostram φιλοφθονίαν et sensu et forma dignam iudicavimus quam reciperemus. Qui κενοδοξίᾳ laborat, etiam φιλοφθονίᾳ obstrictus esse solet, et ver-

stabilita fuerit, si grata illi et accepta diligenter quaesiverimus, si quae ad inculpatam eius voluntatem spectant fecerimus, et viam veritatis secuti fuerimus, abicientes a nobis omnem iniustitiam iniquitatem avaritiam contentiones malitias et fraudes, susurrationes et obtrectationes odium Dei superbiam fastum, inanis gloriae cupiditatem et invidentiam; qui enim haec faciunt, Deo odio 6
sunt, neque illi solum qui haec faciunt, sed et qui eis consentiunt.
Dicit enim Scriptura: 7

‚peccatori autem dixit Deus: quare tu enarras iustitias meas, et assumis testamentum meum per os tuum? Tu enim odisti disciplinam et proiecisti sermo- 8
nes meos retrorsum. Si videbas furem, currebas cum eo, et cum adulteris portionem tuam ponebas. Os tuum abundavit malitia, et lingua tua concinnabat dolos. Sedens adversus fratrem tuum loquebaris, et filio matris tuae ponebas laqueum. Haec fecisti et tacui; existi- 9
masti, inique, me tui similem fore. Arguam te, et sta- 10
tuam te contra faciem tuam. Intelligite utique haec, qui 11
obliviscimini Deum, ne quando rapiat vos tanquam leo, et non sit qui eripiat. Sacrificium laudis honorificabit 12
me, et illic iter, quo ostendam illi salutem Dei.

---

bum rarius *φιλοφθονίαν* facile una syllaba mutata in *φιλοξενίαν* converti poterat. Ceterum Varronem *περὶ φιλοφθονίας* scripsisse monet in lexico Passowius.

6) *συνευδοκοῦντες*] Rom. I 32 confert Wotton.

7) *λέγει γὰρ ἡ γραφή*] Psalm. XLIX 16—23.

8) *ἐξέβαλες*] Cod. *εξαβαλλες*, ex quo Wottonus effecit *ἐξέβαλλες*: sed praecedit *ἐμίσησας*.

9) *ἄνομε*] Codex habet *ἄνομαι*. LXX habent: *ὑπέλαβες ἀνομίαν ὅτι ἔσομαί σοι ὅμοιος*. — *ἄνομε* primus scripsit Wottonus. Iunius dedit *ἀνομίαν*. Textu hebraeo neque qui *ἄνομε* neque qui *ἀνομίαν* scribunt nituntur.

10) *ὡς λέων*] Haec verba non agnoscunt LXX. Antiquissimum, ut monet Cotelerius, videtur esse glossema, huc translatum a Psalmo VII 2, cuius vestigia comparent adhuc apud Augustinum Chrysostomum Theodoretum et Arnobium. Jacobson.

11) *ἢν δείξω*] LXX habent *ἢ*.

ΚΕΦ. Λϛ'.

1 Αὕτη ἡ ὁδός, ἀγαπητοί, ἐν ᾗ εὕρομεν τὸ σωτήριον ἡμῶν, Ἰη-
σοῦν Χριστόν, τὸν ἀρχιερέα[1] τῶν προσφορῶν ἡμῶν, τὸν προστάτην
2 καὶ βοηθὸν τῆς ἀσθενείας ἡμῶν. διὰ τούτου ἀτενίζομεν[2] εἰς τὰ
ὕψη τῶν οὐρανῶν, διὰ τούτου ἐνοπτριζόμεθα τὴν ἄμωμον καὶ
ὑπερτάτην ὄψιν αὐτοῦ, διὰ τούτου ἠνεῴχθησαν ἡμῶν οἱ ὀφθαλμοὶ
τῆς καρδίας[3], διὰ τούτου ἡ ἀσύνετος[4] καὶ ἐσκοτωμένη[5] διάνοια
ἡμῶν ἀναθάλλει εἰς τὸ θαυμαστὸν αὐτοῦ φῶς, διὰ τούτου ἠθέλη-
σεν ὁ δεσπότης τῆς ἀθανάτου γνώσεως ἡμᾶς γεύσασθαι, ὃς ὢν
ἀπαύγασμα τῆς μεγαλωσύνης αὐτοῦ τοσούτῳ μείζων ἐστὶν ἀγγέ-
3 λων ὅσῳ διαφορώτερον ὄνομα κεκληρονόμηκεν.[6] γέγραπται γὰρ
οὕτως·[7]

‚ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα καὶ τοὺς
4 λειτουργοὺς αὐτοῦ πυρὸς φλόγα.' ἐπὶ δὲ τῷ υἱῷ[8] αὐτοῦ
οὕτως εἶπεν ὁ δεσπότης·

‚υἱός μου εἶ σύ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε· αἴτησαι
παρ' ἐμοῦ, καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου, καὶ
τὴν κατάσχεσίν[9] σου τὰ πέρατα τῆς γῆς.[10]

5 Καὶ πάλιν λέγει πρὸς αὐτόν· ‚κάθου ἐκ δεξιῶν μου ἕως
ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου.'[11]

6 Τίνες οὖν οἱ ἐχθροί[12]; οἱ φαῦλοι καὶ ἀντιτασσόμενοι τῷ θελή-
ματι τοῦ θεοῦ.[13]

CAP. XXXVI. 1. *ασθενιας.* — 2. *διατουτοὔτενισωμεν.* — 2. *εσκοτωμενη.* 4. *σουκ.....* — 4. *περαπατ.....* 5. *προσαυ.....* — 5. *αν.....αθρους.* — 5. *υποποδιο.....* 6. *τινεσουνοιε.....* — 6. *αντιτασσ.....* — 6. *τωθελληματι τωθελημα.....*

CAP. XXXVI. 1) *ἀρχιερέα*] Cf. Hebr. IV 15. VIII 1—3. Wotton.

2) *ἀτενίζομεν*] Ita primus Iunius: cod. *ατενισωμεν.*

3) *οἱ ὀφθαλμοὶ τῆς καρδίας*] Ephes. I 18. Jacobson.

4) *διὰ τούτου ἡ ἀσύνετος*] Videtur Clemens in animo habere Rom. I 21 et I Petr. II 9. Ceterum quae heic leguntur usque ad verba *ἡμᾶς γεύσασθαι* repetiit Clemens Al. Strom. IV 17 p. 613; id quod monet Wottonus et post eum reliqui omnes editores.

5) *ἐσκοτωμένη*] Rom. I 21 est *ἐσκοτίσθη*, sed ideo nihil mutandum.

6) *ὃς ὢν ἀπαύγασμα — ὄνομα κεκληρονόμηκεν*] Haec Clemens hausit ex Hebr. I 3. 4, ut adnotat Wottonus.

7) *γέγραπται γὰρ οὕτως*] Usque ad verba *γεγέννηκά σε* Clemens ante oculos habuit Hebr. I 7. 8 usque ad verba *πρὸς δὲ τὸν υἱόν*, quae Clemens cir-

CAP. XXXVI.

Haec est via, dilecti, in qua salutem nostram adsequimur, 1
Iesum Christum, oblationum nostrarum pontificem, infirmitatis
nostrae patronum et auxiliatorem. Per hunc caelorum altitudinem 2
aspicimus; per hunc vultum eius immaculatum et excelsum speculamur; per hunc oculi cordis nostri aperti sunt; per hunc insipiens
et obscurata mens nostra in admirabilem eius lucem efflorescit;
per hunc voluit Dominus nos immortalem cognitionem gustare;
per hunc qui maiestatis Dei splendor exsistens tanto maior est angelis, quanto excellentius nomen sortitus est. Scriptum enim est: 3
‚qui facit angelos suos spiritus, et ministros suos
ignis flammam.‘

De filio autem suo sic dixit Dominus: ‚filius meus es tu, 4
ego hodie genui te; postula a me, et dabo tibi gentes
hereditatem tuam, et possessionem tuam terminos
terrae.‘ Et iterum dicit ad eum: ‚sede a dexteris meis, 5
donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.‘

Quinam autem sunt inimici? Homines perversi, et qui divinae 6
voluntati resistunt.

---

cumscripsit. Quae deinde v. 4 sequuntur: *υἱός μου εἶ συ*, ea Clemens desumpsit ex Hebr. I 5, ita tamen ut hoc auctoris epistulae ad Hebraeos loco ad ipsum psalmistam transiret.

8) *ἐπὶ δὲ τῷ υἱῷ*] i. e. de filio. Nihil mutandum: cf. Jo. XII 16. Hdt. I 66. Apoc. XXII 19. Quos locos citat Wilke-Grimm in lexico N. T.

9) *κ[αὶ τὴν κατά]σχεσιν*] Et hanc lacunam et quae v. 5 sequuntur ex sacra scriptura explevit Iunius.

10) *υἱός μου — τῆς γῆς*] Haec leguntur Ps. II 7—8.

11) *κάθου — ποδῶν σου*] Haec ex Hebr. I 13 desumpsit Clemens, quae et ipsa leguntur psalmo CIX 1.

12) *οἱ ἐ[χθροί]* Ita Jacobsonus, cuius ex sententia chasma non est plurium quam sex litterarum. Quare cum Iunio *οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ* scribere non possumus. Ceterum Tischendorfii exemplum habet etiam litteram *ε* post *οἱ*.

13) *τῷ θελήματι θεοῦ*] Ecce dittographia solito maior! Scriba enim, oblitus se iam semel pinxisse *τω θελήματι*, eadem iteravit. Hic autem locus exemplo est, quanto opere inter se differre possint testes etsi *αὐτόπται*. Jacobsonus enim haec adnotat: „Legimus autem adhuc: *αντιτασσ.....τω θελήματι τω θελημα ... ι ...* Wottonus autem testatur in codice ms. haec exhiberi: *αντιτασσ.....τω θελήματι τω θελημα.....θῡ*. Tischendorfius denique post *τω θελήματιτωθελημα* nihil habet et: „Post alterum, inquit, *τω θελημα[τι]* sat spatii est, ut *αυτου* vel

ΚΕΦ. ΛΖ'.

1 Στρατευσώμεθα οὖν, ἄνδρες ἀδελφοί,[1] μετὰ πάσης ἐκτε-
2 νείας ἐν τοῖς ἀμώμοις προστάγμασιν αὐτοῦ.[2] κατανοήσωμεν τοὺς
στρατευομένους τοῖς ἡγουμένοις ἡμῶν, πῶς εὐτάκτως, πῶς εὐείκ-
3 τως[3], πῶς ὑποτεταγμένως ἐπιτελοῦσιν τὰ διατασσόμενα. οὐ πάντες
εἰσιν ἔπαρχοι οὐδὲ χιλίαρχοι οὐδὲ ἑκατόνταρχοι οὐδὲ πεντηκόν-
ταρχοι οὐδὲ τὸ καθεξῆς· ἀλλ' ἕκαστος[4] ἐν τῷ ἰδίῳ τάγματι τὰ
4 ἐπιτασσόμενα ὑπὸ τοῦ βασιλέως καὶ τῶν ἡγουμένων ἐπιτελεῖ. οἱ
μεγάλοι δίχα τῶν μικρῶν οὐ δύνανται εἶναι, οὔτε οἱ μικροὶ δίχα
τῶν μεγάλων· σύγκρασίς τις ἐστὶν ἐν πᾶσιν, καὶ ἐν τούτοις χρῆσις.
5 λάβωμεν τὸ σῶμα ἡμῶν· ἡ κεφαλὴ δίχα τῶν ποδῶν οὐδέν ἐστιν·
οὕτως οὐδὲ οἱ πόδες δίχα τῆς κεφαλῆς· τά τε ἐλάχιστα[5] μέλη τοῦ
σώματος ἡμῶν ἀναγκαῖα καὶ εὔχρηστά εἰσιν ὅλῳ τῷ σώματι· ἀλλὰ
πάντα συνπνεῖ καὶ ὑποταγῇ μιᾷ χρῆται εἰς τὸ σώζεσθαι ὅλον τὸ
σῶμα.

ΚΕΦ. ΛΗ'.

1 Σωζέσθω οὖν ἡμῶν ὅλον τὸ σῶμα ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, καὶ ὑπο-
τασσέσθω[1] ἕκαστος τῷ πλησίον αὐτοῦ, καθὼς καὶ ἐτέθη ἐν τῷ
2 χαρίσματι αὐτοῦ. ὁ ἰσχυρὸς μὴ ἀτημελείτω[2] τὸν ἀσθενῆ, ὁ δὲ ἀσ-
θενὴς ἐντρεπέτω τὸν ἰσχυρόν· ὁ πλούσιος ἐπιχορηγείτω τῷ πτωχῷ,
ὁ δὲ πτωχὸς εὐχαριστείτω τῷ θεῷ, ὅτι ἔδωκεν αὐτῷ δι' οὗ ἀναπλη-
ρωθῇ αὐτοῦ τὸ ὑστέρημα· ὁ σοφὸς[3] ἐνδεικνύσθω τὴν σοφίαν αὐτοῦ

CAP. XXXVII. 1. *ουνανδ*..... 1. *εκτενεια*..... — 1. *προσταγμασιν*..... — 2. *στρα*....*μενους*. 2. *ηγουμενοιση*... — 2. *ειεκτω*. — 2. *επιτελο*. *σιν*. — 5. *ουνπνει*. — 5. *ολο*. —

CAP. XXXVIII. 1. *ολ*.. — 1. *υποτασσεσθ*. — 1. *καθω*. — 2. *μητμμελειτω*. — 2. *ενδικνυσθω*. — 2. *μαρτυρειτ*. — 2. *μ*..*τυρεισθαι*.

etiam *του θεου* scriptum fuisse dixeris. Minime vero a Wottono in codice *του θεου* cerni poterat; in eandem enim membranae partem ea verba incidunt qua abscissa periere quae versibus iis qui antecedunt et qui sequuntur desiderantur." Apparet igitur, si tota quae Tischendorfii tempore non amplius cernebatur schedula etiam Wottoni et Jacobsoni oculis non amplius praesto erat, nec Jacobsonum litteram *ι*, nec Wottonum litteras *θυ* cernere potuisse, quia alias etiam non solum *αντιτασσ*, sed *αντιτασσ*....*οι* uterque

CAP. XXXVII.

Militemus igitur, viri fratres, omnibus viribus sub inculpatis 1
eius praeceptis. Consideremus milites qui sub ducibus nostris 2
merent, quam ordinate, quam obedienter, quam submisse imperata
exsequantur. Non omnes sunt praefecti neque chiliarchae neque 3
centuriones neque quinquagenarii et sic deinceps, unusquisque
vero in suo ordine et statione quae a rege et ducibus imperantur
peragit. Magni sine parvis et parvi sine magnis consistere ne- 4
queunt, mixti sunt omnes, et inde utilitas. Exemplo nobis sit cor- 5
pus nostrum. Caput sine pedibus nihil est, prout neque pedes
sine capite; minima autem corporis nostri membra universo cor-
pori necessaria sunt et utilia, cunctaque conspirant et unum idem-
que se subiciendi obsequium ad conservationem totius corporis
exercent.

CAP. XXXVIII.

Servetur itaque corpus nostrum in Christo Iesu, et unusquis- 1
que proximo suo se subiciat iuxta ordinem, in quo per gratiam
eius positus est. Fortis ne neglegat imbecillem, imbecillis fortem 2
vereatur; dives pauperi largiatur, pauper Deum laudet, quod ei
dederit per quem eius inopia suppleatur. Sapiens non in verbis,
sed in bonis operibus sapientiam suam manifestet; humilis non

---

eorum legisset. Ergo in schedula abscissa legebatur: *τωθέληματιτωθελημα[τιτουθῦ]*, et scribendum est, ut scripsimus: *τῶ θελήματι τοῦ θεοῦ*.

CAP. XXXVII. 1) *ἄνδ[ρες ἀδελ]φοί*] Ita primus legit Iunius.

2) *ἐκτενεί[ας ἐν τοῖς] ἀμώμοις προστάγμασιν[αὐτοῦ]* Cf. Hermae Pastoris Similitud. V 1 p. 607 ed. Dressel: *πορευόμενος ἐν τοῖς προστάγμασιν αὐτοῦ*. Olim quidem *ὑπὸ* pro *ἐν* scribendum esse opinabar.

3) *εὐείκτως*] Ita codex ipse, etsi ex correctione: primum enim *ειέκτω* scriptum erat; id quod et Jacobsonus testatur et Tischendorfius.

4) *ἕκαστος ἐν τῷ ἰδίῳ τάγματι*] Cf. infra c. XLI 1 et I Cor. XV 23.

Hefele.

5) *τά τε ἐλάχιστα*] Ita primus scripsit Adolphus Hilgenfeld. Codex habet *ταδε*. Hilgenfeldius citat cap. XX 10.

CAP. XXXVIII. 1) *ὑποτασσέσθω*] Clemens reminiscitur eorum quae dicit S. Paulus Eph. V 21 I Petr. V 5.

2) *ἀτημελείτω*] Ita corruptam codicis lectionem *μητμμελειτω* primus correxit Iunius.

3) *ὁ σοφὸς — ἐγκράτειαν*] Haec repetiit Clemens Alex. Strom. IV 17. 112 p. 613, id quod adnotat Wottonus.

μὴ ἐν λόγοις[4], ἀλλ' ἐν ἔργοις ἀγαθοῖς· ὁ ταπεινοφρονῶν[5] μὴ ἑαυτῷ
μαρτυρείτω, ἀλλ' ἑάτω ὑφ' ἑτέρου ἑαυτὸν μαρτυρεῖσθαι· ὁ ἁγνὸς[6]
ἐν τῇ σαρκὶ ἤτω,[7] καὶ μὴ ἀλαζονευέσθω, γινώσκων ὅτι ἕτερος
3 ἔστιν ὁ ἐπιχορηγῶν αὐτῷ[8] τὴν ἐγκράτειαν. ἀναλογισώμεθα οὖν,
ἀδελφοί, ἐκ ποίας ὕλης ἐγενήθημεν, ποῖοι καὶ τίνες εἰσήλθαμεν εἰς
τὸν κόσμον, ὡς ἐκ τοῦ τάφου[9] καὶ σκότους ὁ ποιήσας ἡμᾶς καὶ
δημιουργήσας εἰσήγαγεν εἰς τὸν κόσμον αὐτοῦ, προετοιμάσας τὰς
4 εὐεργεσίας αὐτοῦ πρὶν ἡμᾶς γεννηθῆναι. ταῦτα οὖν πάντα ἐξ
αὐτοῦ ἔχοντες ὀφείλομεν[10] κατὰ πάντα εὐχαριστεῖν αὐτῷ· ᾧ ἡ
δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

ΚΕΦ. ΛΘ'.

1 Ἄφρονες καὶ ἀσύνετοι καὶ μωροὶ καὶ ἀπαίδευτοι χλευάζουσιν
ἡμᾶς καὶ μυκτηρίζουσιν, ἑαυτοὺς βουλόμενοι ἐπαίρεσθαι ταῖς δια-
2.3νοίαις αὐτῶν. τί γὰρ δύναται θνητός; ἢ τίς ἰσχὺς γηγενοῦς; γέ-
γραπται γάρ·[1]

,οὐκ ἦν μορφὴ πρὸ ὀφθαλμῶν μου, ἀλλ' ἢ αὔραν καὶ
4 φωνὴν ἤκουον. τί γάρ; μὴ καθαρὸς ἔσται βροτὸς ἔναντι
κυρίου; ἢ ἀπὸ τῶν ἔργων αὐτοῦ ἄμεμπτος ἀνήρ; εἰ κατὰ
παίδων αὐτοῦ οὐ πιστεύει, κατὰ δὲ ἀγγέλων αὐτοῦ σκο-
5 λιόν τι ἐπενόησεν; οὐρανὸς δὲ[2] οὐ καθαρὸς ἐνώπιον αὐ-
τοῦ· ἔα δὲ, οἱ κατοικοῦντες[3] οἰκίας πηλίνας, ἐξ ὧν καὶ

---

2. σαρκι.... 2. γινως... — 2. .....ερος. — 2. .....τηνεγκρατιαν. 3. αναλογι ...εθα. — 3. ποιασεγενηθημεν. — 3. ποιοικαιτι.....σηλθαμεν. — 3. .....ου. — 3. σκοτουσ.....σας. — 3. ....γαγεν. — 3. ...ετοιμασας. — 3. ...ου. — 3. ...τα. 4. .φιλομεν. — 4. ευχαριστι. — 4. ..τω.

CAP. XXXIX. 1. .φρονες. — 1. μυκτιρηζουσιν. („sic", Tischend.)

4) μὴ ἐν λόγοις] Praepositionem ἐν omittit Clemens Al., et post λόγοις scribit μόνον.

5) ὁ ταπεινοφρονῶν] Prov. XXVII 2.

6) ὁ ἁγνὸς] Cf. Ignatius ad Polycarp. c. V. Tertullianus de virginib. velatis c. XIII. Jacobson.

7) ὁ ἁγνὸς ἐν τῇ σάρκι ἤτω, καὶ μὴ ἀλαζονευέσθω] Jacobsonus hoc adnotat: „Membrana lacera spatium forsitan trium aut quattuor litterarum post σάρκι linquit." Hanc Jacobsoni sententiam confirmat Tischendorfii ἀποτύπωμα, in quo p. 42 col. II versu 50 exeunte est σαρκι, versu 51 ineunte και μη, ita tamen ut versui superiori exeunti 49 desint duae litterae αρ verbi μ[αρ]τυρεῖσθαι, versui inferiori

sibi testimonium ferat, sed ab altero sibi ferri sinat. Qui carne castus est, esto castus, sed ne glorietur unquam, cum sciat alium esse, qui continentiam ei tribuat. Consideremus ergo, 3 fratres, ex qua materia facti, qui et quales mundum ingressi simus, tanquam ex sepulcro et tenebris. Qui nos fecit et condidit, praeparatis prius benefactis suis antequam nasceremur in mundum suum nos introduxit. Haec igitur omnia cum ab eo ha- 4 beamus, propter omnia gratias ipsi agere debemus. Cui est gloria in saecula saeculorum. Amen.

CAP. XXXIX.

Stulti unice et insipientes et fatui et imperiti derident nos ac 1 subsannant, cum cogitationibus suis se extollere gestiant. Quid 2 enim potest mortalis, aut quale robur terrigenae? Scriptum 3 enim est:

,non erat figura ante oculos meos, sed auram et vocem audiebam dicentem: quid enim? numquid homo 4 coram Domino mundus erit, vel operibus suis inculpabilis vir, si servis suis non confidit, et in angelis suis prava animadvertit? Caelum quoque non est mundum 5 ante eum; multo minus habitantes domos luteas, ex

---

51 tres κων verbi γινασκων. Ex quo efficitur, etiam post verbum σαρκι tres tantum litteras poni posse, et reiiciendam Noltii coniecturam σιγάτω, quae, si sensum respicias, non mala esse videtur Nos igitur non σιγάτω, sed ἤτω e coniectura scribendum duximus, sic:

49 εαυτον μαρ
50 σαρκι ητω
51 γινωσκων.

Mea quidem sententia Clemens hoc monet: „Qui castus est, sit castus, sed ne magni faciat virtutem suam, glorians castitatem qua Dei gratia ornatus est.“ Castitatem commendat Clemens, gloriationem vetat. — De v. ἤτω cf. XLVIII 5.

8) ἐπιχορηγῶν [αὐτῷ] Spatium plures litteras poscere videtur, sed idem cadit in lacunam sequentem verbo ὑλῆς expletam. Ceterum reliqua omnia huius capitis vulnera a Junio primo curata sunt.

9) ὡς ἐκ τ]οῦ τάφου] Cf. Ps. CXXXVIII 15. Hefele.

10) [ὀ]φείλομεν] Cf. I Thess. V 18.

CAP. XXXIX. 1) γέγραπται γάρ] Iobi IV 16—18. Sed cum variis scriptionibus.

2) οὐρανὸς δὲ — ἐνώπιον αὐτοῦ ἔα δὲ] Jobi XV 15. Sed LXX scribunt ἐναντίον αὐτοῦ.

3) οἱ κατοικοῦντες — αὐτοὺς σοφίαν] Iobi IV 19—21.

αὐτοὶ ἐκ τοῦ αὐτοῦ πηλοῦ ἐσμέν. ἔπαισεν αὐτοὺς σητὸς τρόπον, καὶ ἀπὸ πρωΐθεν ἕως ἑσπέρας οὐκ ἔτι εἰσίν· παρὰ τὸ μὴ δύνασθαι αὐτοὺς ἑαυτοῖς βοηθῆσαι ἀπώ-
6 λοντο. ἐνεφύσησεν αὐτοῖς, καὶ ἐτελεύτησαν παρὰ τὸ μὴ
7 ἔχειν αὐτοὺς σοφίαν. ἐπικάλεσαι[4] δὲ, εἴ τις σοὶ ὑπακούσεται, ἢ εἴ τινα ἁγίων ἀγγέλων ὄψῃ· καὶ γὰρ ἄφρονα
8 ἀναιρεῖ ὀργή, πεπλανημένον δὲ θανατοῖ ζῆλος. ἐγὼ δὲ ἑώρακα ἄφρονας ῥίζας βαλόντας, ἀλλ' εὐθέως ἐβρώθη
9 αὐτῶν ἡ δίαιτα. πόρρω γένοιντο οἱ υἱοὶ αὐτῶν ἀπὸ σωτηρίας· κολαβρισθείησαν ἐπὶ θύραις ἡσσόνων, καὶ οὐκ ἔσται ὁ ἐξαιρούμενος· ἃ γὰρ ἐκείνοις ἡτοίμασται, δίκαιοι ἔδονται, αὐτοὶ δὲ ἐκ κακῶν οὐκ ἐξαίρετοι ἔσονται.'

ΚΕΦ. Μ'.

1 Προδήλων[1] οὖν ἡμῖν ὄντων τούτων καὶ ἐγκεκυφότες[2] εἰς τὰ βάθη τῆς θείας γνώσεως[3] πάντα τάξει[4] ποιεῖν ὀφείλομεν ὅσα ὁ
2 δεσπότης ἐπιτελεῖν ἐκέλευσεν κατὰ καιροὺς τεταγμένους· τάς τε προσφορὰς καὶ λειτουργίας ἐπιτελεῖσθαι καὶ οὐκ εἰκῇ ἢ ἀτάκτως
3 ἐκέλευσεν γίνεσθαι, ἀλλ' ὡρισμένοις καιροῖς καὶ ὥραις. ποῦ τε καὶ διὰ τίνων ἐπιτελεῖσθαι θέλει, αὐτὸς ὥρισεν τῇ ὑπερτάτῃ αὐτοῦ βουλήσει, ἵν' ὁσίως πάντα τὰ γινόμενα ἐν εὐδοκήσει εὐπρόσδεκτα
4 εἴη τῷ θελήματι αὐτοῦ. οἱ οὖν τοῖς προστεταγμένοις καιροῖς ποιοῦντες τὰς προσφορὰς αὐτῶν εὐπρόσδεκτοί τε καὶ μακάριοι· τοῖς γὰρ νομίμοις τοῦ δεσπότου ἀκολουθοῦντες οὐ διαμαρτάνουσιν.
5 τῷ γὰρ ἀρχιερεῖ ἴδιαι λειτουργίαι δεδομέναι εἰσιν,[5] καὶ τοῖς ἱερεῦσιν ἴδιος ὁ τόπος προστέτακται, καὶ Λευῖταις ἴδιαι διακονίαι ἐπίκεινται· ὁ λαϊκὸς ἄνθρωπος τοῖς λαϊκοῖς προστάγμασιν δέδεται.

---

6. *επεσεν.* — 6. *τροπος.* — 9. *εξερετοι.*

CAP. XL. 1. *οφιλομεν.* — 1. *ε...ευσεν.* — 1. *λειτουργειας.* — 2. *υπερτατω.* — 2. *γενομενα.* — 4. *επικινται.* —

4) *ἐπικάλεσαι δὲ — ἐξαίρετοι ἔσονται*] Iobi V 1—5.

Cap. XL. 1) *προδήλων — τεταγμένους*] Eadem habet Clemens Al. Strom. IV 17. 112 p. 613, id quod adnotat Wottonus.

2) *ἐγκεκυφότες*] Vid. ind. verb.

3) *εἰς τὰ βάθη τῆς θείας γνώσεως*]

quibus et ipsi de eodem luto sumus. Devoravit illos tanquam tinea, et a mane usque ad vesperam ultra non sunt; eo quod non possunt sibi ipsis subvenire perierunt. Adflavit eos, et interierunt, quia non habebant 6 sapientiam. Invoca autem si quis tibi respondeat vel 7 si quem sanctorum angelorum adspicias; etenim insipientem perimit ira, stultum autem occidit zelus. Ego 8 autem vidi stultos radices mittentes; sed statim absumpta est illorum habitatio. Longe absint filii eorum a 9 salute et contemnantur ante ianuas minorum, et non erit qui eripiat. Quae enim illis parata sunt, iusti comedent; ipsi vero malis non liberabuntur.'

CAP. XL.

Cum igitur haec nobis sint manifesta et in profunda divinae 1 cognitionis nos introspiciamus, cuncta ordine debemus facere quae nos Dominus statutis temporibus peragere iussit: oblationes 2 scilicet et officia sacra perfici, neque temere vel inordinate fieri praecepit, sed statutis temporibus et horis. Idem ubi eas et a quibus 3 celebrari vult, ipse excelsissima sua voluntate definivit, ut religiose omnia secundum eius beneplacitum adimpleta accepta essent voluntati eius. Qui ergo adsignatis temporibus oblationes suas fa- 4 ciunt, accepti sunt et beati; Domini enim mandata sequentes non aberrant. Summo quippe sacerdoti sua munera tributa sunt, sacer- 5 dotibus locus proprius adsignatus est, et Levitis sua ministeria incumbunt. Homo laicus praeceptis laicis constringitur.

Rom. XI 33. Attendas ad hunc locum, Dei tantum ex Bibliis praesertim hauriendam cognitionem memorantem, Hierosolymarum autem quasi adhuc florentium nullam omnino mentionem facientem.

4) *πάντα τάξει*] i. e. *κατὰ τάξιν*. Cf. I Cor. XIV 40 et de dativo compares XXXIII *συντάξει*.

5) *τῷ γὰρ ἀρχιερεῖ ἴδιαι λειτουργίαι δεδομέναι εἰσὶν*] Hoc praesens *εἰσὶν* et quae sequuntur c. XLI magno opere extolluntur ab iis qui Clementis epistulam anno 68 ante Hierosolymam dirutam scriptam esse contendunt: sed vid. quae ad caput sequens adnotavimus.

ΚΕΦ. ΜΑ'.

1 Ἕκαστος ὑμῶν, ἀδελφοί, ἐν τῷ ἰδίῳ τάγματι εὐχαριστείτω
θεῷ, ἐν ἀγαθῇ συνειδήσει ὑπάρχων, μὴ παρεκβαίνων τὸν ὡρισμέ-
2 νον τῆς λειτουργίας αὐτοῦ κανόνα, ἐν σεμνότητι. οὐ πανταχοῦ,
ἀδελφοί, προσφέρονται θυσίαι[1] ἐνδελεχισμοῦ ἢ εὐχῶν ἢ περὶ ἁμαρ-
τίας καὶ πλημμελίας, ἀλλ' ἢ[2] ἐν Ἱερουσαλὴμ μόνῃ· κἀκεῖ δὲ οὐκ ἐν
παντὶ τόπῳ προσφέρεται, ἀλλ' ἔμπροσθεν τοῦ ναοῦ[3] πρὸς τὸ θυ-
σιαστήριον, μωμοσκοπηθὲν τὸ προσφερόμενον διὰ[4] τοῦ ἀρχιερέως
3 καὶ τῶν προειρημένων λειτουργῶν. Οἱ οὖν παρὰ τὸ καθῆκον τῆς
4 βουλήσεως αὐτοῦ ποιοῦντές τι θάνατον τὸ πρόστιμον ἔχουσιν.
ὁρᾶτε, ἀδελφοί, ὅσῳ πλείονος κατηξιώθημεν γνώσεως, τοσούτῳ
μᾶλλον ὑποκείμεθα κινδύνῳ.

ΚΕΦ. ΜΒ'.

1 Οἱ ἀπόστολοι ἡμῖν εὐηγγελίσθησαν[1] ἀπὸ τοῦ κυρίου Ἰησοῦ
2 Χριστοῦ, Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς ἀπὸ τοῦ θεοῦ. ἐξεπέμφθη ὁ Χριστὸς
οὖν ἀπὸ τοῦ θεοῦ, καὶ οἱ ἀπόστολοι ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ· ἐγένοντο
3 οὖν ἀμφότερα εὐτάκτως ἐκ θελήματος θεοῦ. παραγγελίας οὖν λα-
βόντες καὶ πληροφορηθέντες[2] διὰ τῆς ἀναστάσεως τοῦ κυρίου ἡμῶν
Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ πιστωθέντες[3] ἐν τῷ λόγῳ τοῦ θεοῦ μετὰ πλη-
ροφορίας[4] πνεύματος ἁγίου ἐξῆλθον εὐαγγελιζόμενοι τὴν βασιλείαν
4 τοῦ θεοῦ μέλλειν ἔρχεσθαι. κατὰ χώρας οὖν καὶ πόλεις κηρύσσον-
τες καθίστανον[5] τὰς ἀπαρχὰς αὐτῶν δοκιμάσαντες τῷ πνεύματι

CAP. XLI. 1. συνειδησιν. — 1. παραικβαινων. — 1. λιτουργιας. — 2. πλημμελιας. — 2. λιτουργων. — 4. καταξιωθημεν.
CAP. XLII. 4. καθεστανον.

CAP. XLI. 1) οὐ πανταχοῦ, ἀδελφοί, προσφέρονται θυσίαι] Et hoc verbi praesens προσφέρονται, et quae sequuntur προσφέρεται et ἔχουσιν, adde quod supra c. XL 5 praecessit εἰσίν, pro firmissimis propugnaculis opinionis suae habentur ab is qui epistulam Clementis ante Hierosolymam dirutam scriptam esse contendunt. Contra quos hoc habemus dicere. Scriptores quo vividiore utuntur oratione, eo magis pro praeteritis praesentia ponunt. Sunt haec praesentia quae dicuntur historica. Haec et alia nulla h. l. usurpata sunt. Et revera vix intellego, quomodo fieri posset aliter. Postquam versibus 2. et 3. c. XL expositum est, quid Deus praeceperit, iam inde versu 4 c. XL

CAP. XLI.

Unusquisque vestrum, fratres, suo ordine cum bona conscien- 1
tia praescriptam ministerii sui regulam non transgrediens honeste
Deo gratias agat. Non omni loco, fratres, offeruntur sacrificia per- 2
petua vel votiva vel pro peccatis et delictis, sed Hierosolymis
tantum; neque illic quovis loco fit oblatio, sed in atrio templi ad
altare, diligenter prius inspecto sacrificio per summum sacerdotem
a praedictis ministris. Qui igitur praeter id quod voluntati eius 3
consentaneum est aliquid faciunt, mortis supplicio puniuntur.
Videtis, fratres, quo maiore cognitione digni sumus habiti, eo gra- 4
viori periculo obnoxii sumus.

CAP. XLII.

Apostoli nobis evangelii praedicatores facti sunt a Domino 1
Iesu Christo, Iesus Christus munus evangelii accepit a Deo. Missus 2
est igitur Christus a Deo, et apostoli a Christo; et factum est
utrumque ordinatim ex voluntate Dei. Itaque acceptis mandatis 3
et per resurrectionem Domini nostri Iesu Christi plena certitudine
imbuti Deique verbo confirmati cum certa Spiritus Sancti fiducia
egressi sunt, adnunciantes regni Dei adventum. Per regiones 4
igitur et urbes verbum praedicantes primitias earum spiritu cum
probassent, constituerunt episcopos et diaconos eorum qui credi-

---

sequitur, quid nunc fiat. Nulli igitur dubitamus quin et hic locus, et tota Clementis epistula anno 96 post Hierosolymam destructam scripta sint. Accedit quod, ut diximus, capite XL ineunte ad solam scripturam sacram, minime ad ea quae vita ipsa exhibet animadvertit scriptor. Istic iam Hierosolymas memorasset, si ex re sua esse duxisset.

2) ἀλλ' ἤ] Cf. ind. verb.

3) ἔμπροσθεν τοῦ ναοῦ] Atrium interius constat ex νάῳ, parte tecta et θυσιαστηρίῳ s. atrio altaris aperto et sine tecto. Vid. Mt. XXIII 25 Luc. XII 5 Apoc. XI 1. 2. Sancroft.

4) διὰ τοῦ ἀρχιερέως] διὰ τ. ἀ. dicitur, non ὑπὸ, quia pontifex maximus non ipse μωμοσκοπεῖ.

CAP. XLII. 1) εὐηγγελίσθησαν] Verbum passivum est, ut Hebr. IV 2. 6. Cf. XLIII 1 πιστευθέντες.

2) πληροφορηθέντες] Rom. IV 21. Hefele.

3) πιστωθέντες] II Tim. III 14 et supra c. XV.

4) μετὰ πληροφορίας] I Thess. I 5. Hefele.

5) καθίστανον] Hanc verbi formam etiam apud Diod. Sic. XV 33 inveniri monet Passowius.

5 εἰς ἐπισκόπους καὶ διακόνους τῶν μελλόντων πιστεύειν. καὶ τοῦτο οὐ καινῶς· ἐκ γὰρ δὴ πολλῶν χρόνων ἐγέγραπτο περὶ ἐπισκόπων καὶ διακόνων· οὕτως γάρ που λέγει ἡ γραφή·[6]

‚καταστήσω τοὺς ἐπισκόπους αὐτῶν ἐν δικαιοσύνῃ καὶ τοὺς διακόνους αὐτῶν ἐν πίστει.'

ΚΕΦ. ΜΓ'.

1 Καὶ τί θαυμαστὸν, εἰ οἱ ἐν Χριστῷ πιστευθέντες[1] παρὰ θεοῦ ἔργον τοιοῦτο κατέστησαν τοὺς προειρημένους; ὅπου καὶ ὁ μακάριος ‚πιστὸς θεράπων ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ'[2], Μωϋσῆς, τὰ διατεταγμένα αὐτῷ πάντα ἐσημειώσατο ἐν ταῖς ἱεραῖς βίβλοις, ᾧ καὶ ἐπηκολούθησαν οἱ λοιποὶ προφῆται συνεπιμαρτυροῦντες τοῖς ὑπ' αὐτοῦ 2 νενομοθετημένοις. ἐκεῖνος γὰρ ζήλου ἐμπεσόντος περὶ τῆς ἱερωσύνης καὶ στασιαζουσῶν τῶν φυλῶν, ὁποία αὐτῶν εἴη τῷ ἐνδόξῳ ὀνόματι κεκοσμημένη, ἐκέλευσεν τοὺς δώδεκα φυλάρχους προσενεγκεῖν αὐτῷ ῥάβδους ἐπιγεγραμμένας ἑκάστης φυλῆς κατ' ὄνομα· καὶ λαβὼν αὐτὰς ἔδησεν καὶ ἐσφράγισεν[3] τοῖς δακτυλίοις τῶν φυλάρχων καὶ ἀπέθετο αὐτὰς εἰς τὴν σκηνὴν τοῦ μαρτυρίου ἐπὶ 3 τὴν τράπεζαν τοῦ θεοῦ. καὶ κλείσας τὴν σκηνὴν ἐσφράγισεν τὰς 4 κλεῖδας ὡσαύτως ὡς[4] καὶ τὰς ῥάβδους. καὶ εἶπεν αὐτοῖς· ἄνδρες ἀδελφοί, ἧς ἂν φυλῆς ἡ ῥάβδος βλαστήσῃ, ταύτην ἐκλέλεκται ὁ θεὸς 5 εἰς τὸ ἱερατεύειν καὶ λειτουργεῖν αὐτῷ. πρωΐας δὲ γενομένης συνεκάλεσεν πάντα τὸν Ἰσραὴλ, τὰς ἑξακοσίας χιλιάδας τῶν ἀνδρῶν, καὶ ἐπεδείξατο[5] τοῖς φυλάρχοις τὰς σφραγῖδας καὶ ἤνοιξεν τὴν σκηνὴν τοῦ μαρτυρίου καὶ προσήνεγκεν ῥάβδους· καὶ εὑρέθη ἡ ῥάβδος Ἀαρὼν οὐ μόνον βεβλαστηκυῖα, ἀλλὰ καὶ καρπὸν ἔχουσα. 6 τί δοκεῖτε, ἀγαπητοί; οὐ προέγνω Μωϋσῆς τοῦτο μέλλειν ἔσεσθαι; μάλιστα ᾔδει· ἀλλ' ἵνα μὴ ἀκαταστασία γένηται ἐν τῷ Ἰσραὴλ

CAP. XLIII. 1. εσημιωσατο. — 2. κεκοσμημενω. — 2. κλισας. — 3. ωσαυτωσκαι. — 5. ανδρων.....δειξατο. — 5. φυλαρχοισ.....γιδας. — 5. τη .....του. — 5. προσ.....ραβδους. — 5. ευρεθηη.... — 5. βεβλα..... — 6. δοκειται. — 6. ουπρ..... — 6. μελλειν..... —

6) οὕτως γάρ που λέγει ἡ γραφή] Adverbium που ostendit Clementem h. l. memoria tantum niti. Quae enim Ies. LX 17 leguntur, haec sunt: καὶ

turi erant. Neque hoc quidem novum institutum fuit; multis enim 5
saeculis ante de episcopis et diaconis scriptum est. Sic enim
alicubi dicit Scriptura:

‚constituam episcopos eorum in iustitia et diaconos
eorum in fide.'

CAP. XLIII.

Et quid mirum eos quibus in Christo a Deo hoc munus com- 1
missum fuit praedictos constituisse? cum beatus Moyses, ‚fidelis
servus in universa domo,' omnia quae ipsi mandata erant in sacris
libris notaverit; quem ceteri prophetae secuti sunt, iis quae ab
ipso sancita sunt testimonium pariter perhibentes. Ille enim, cum 2
esset sacerdotii causa aemulatio exorta et tribus inter se dissen-
tirent quaenam illarum glorioso illo nomine ornanda esset, iussit
duodecim tribuum principes afferre sibi virgas quae uniuscuiusque
tribus nomen inscriptum haberent. Quas cum accepisset, in fasci-
culum ligavit et annulis principum tribuum signavit et in taber-
naculo testimonii super mensam Dei deposuit. Clausoque taber- 3
naculo claves eadem qua virgas ratione signavit, et dixit eis: ‚Viri 4
fratres, cuius tribus virga germinaverit, hanc elegit Deus quae ipsi
sacra faciat et ministret'. Mane autem facto congregavit universum 5
populum Israelis, sexcenta milia virorum, et tribuum principibus
sigilla ostendit, tabernaculum testimonii aperuit et virgas protulit.
Et inventum est virgam Aaronis non tantum germinasse, sed et
fructum ferre. Quid, dilecti, vobis videtur? An hoc futurum non 6
praesciverat Moyses? Maxime noverat; verum ne seditio in po-

δώσω τοὶς ἄρχοντάς σου ἐν εἰρήνῃ καὶ τοὺς ἐπισκόπους σου ἐν δικαιοσύνῃ. Diaconorum igitur nulla fit mentio.

CAP. XLIII. 1) *οἱ ἐ. χ. πιστευθέντες π. θ. ἔργον τοιοῦτο*] De hac verbi constructione cf. Gal. II 7.

2) *πιστὸς θεράπων ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ*] Hebr. III 5, qui locus haustus est ex Num. XII 7.

3) *ἐσφράγισεν*] Quae unde petita sint, latet: in Bibliis non insunt.

4) *ὡσαύτως ὡς καὶ τὰς ῥάβδους*] Bene, quod editores omnes fugit, vidit Mauricius Schmidt: h. l. inserendum esse *ὡς*, quod propter praecedens *ὡς* facile omitti poterat.

5) *ἀνδρᾶ[ν καὶ ἐπε]δείξατο*] Ita primus scripsit Iunius, qui et reliquas huius capitis lacunas explevit.

οὕτως ἐποίησεν, εἰς[6] τὸ δοξασθῆναι τὸ ὄνομα τοῦ ἀληθινοῦ καὶ μόνου θεοῦ· ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

ΚΕΦ. ΜΔ'.

1 Καὶ οἱ ἀπόστολοι ἡμῶν[1] ἔγνωσαν διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ
2 Χριστοῦ ὅτι ἔρις ἔσται ἐπὶ τοῦ ὀνόματος[2] τῆς ἐπισκοπῆς. διὰ ταύτην οὖν τὴν αἰτίαν πρόγνωσιν εἰληφότες τελείαν κατέστησαν τοὺς προειρημένους,[3] καὶ μεταξὺ[4] ἐπινομὴν[5] δεδώκασιν, ὅπως, ἐὰν κοιμηθῶσιν, διαδέξωνται ἕτεροι δεδοκιμασμένοι ἄνδρες τὴν λειτουρ-
3 γίαν αὐτῶν. τοὺς οὖν κατασταθέντας[6] ὑπ' ἐκείνων[7] ἢ μεταξὺ ὑφ' ἑτέρων ἐλλογίμων[8] ἀνδρῶν συνευδοκησάσης[9] τῆς ἐκκλησίας πάσης καὶ λειτουργήσαντας ἀμέμπτως τῷ ποιμνίῳ τοῦ Χριστοῦ μετὰ ταπεινοφροσύνης, ἡσύχως καὶ ἀβαναύσως[10] μεμαρτυρημένους τε πολλοῖς[11] χρόνοις ὑπὸ πάντων, τούτους οὐ δικαίως νομίζομεν[12] ἀπο-

---

6. ακ.....σια. — 6. ουτω.....ησεν. — 6. τ....μα. — 6. μονου.. —

CAP. XLIV. 1. κῡ pro κυ. Cf. Tischend. p. XIX. — 1. ερεις. — 2. μετοξυεπινομηνεδωκασιν, confirmata a Tischendorfio p. XIX. 3. μετοξυ. — 3. λιτουργησαντας. — 3. μεμαρτυρημενοις. ita et Tischendorfius. — 3. αποβαλεσθαι. —

6) εἰς τὸ δοξασθῆναι] Cf. Io. XVII 3.

CAP. XLIV. 1) ἀπόστολοι ἡμῶν] Clemens S. Pauli discipulus (Phil. IV 5) bene „nostros" apostolos dicere poterat. Et bene Jacobsonus confert II Petri III 2: τῆς τῶν ἀποστόλων ἡμῶν ἐντολῆς.

2) ἐπὶ τοῦ ὀνόματος] Cum de solo nomine episcopatus h. l. agi nequeat, de vi tantum et natura episcopatus exponitur, eadem ratione qua fit e. g. Act. VIII 12. Et cf. c. XLV 7.

3) τοὺς προειρημένους] videl. ἐπισκόπους καὶ διακόνους. Cf. c. XLII 4.

4) καὶ μεταξύ] Μεταξύ et hoc, et sequenti versu deinceps significat: cf. Act. XIII 12. Barnab. ep. X.

5) καὶ μεταξὺ ἐπινομήν] Lexicographi nostri auctores sunt ἐπινομὴν esse aut actionem dispergendi, progrediendi (nostrum sich verbreiten, Anglorum to spread), aut fomentum, cataplasma (nostrum Verband, Anglorum dressing a wound). Quod cum ita sit, coniecturis incumbendum esse opinabantur critici. Iunius igitur proposuit coniecturam ἀπονομήν, interpretans: ac descriptas deinceps ministrorum officiorumque vices reliquerunt. Atvero ἀπονομὴ s. ἀπονέμησις est attributio (nostrum Zutheilung, Anglorum assigning). Verbum ἀπονέμω est tribuere, impertire. Quod tametsi non negamus, tamen ideo non concedimus ex ἐπινομὴ faciendum esse ἀπονομή. Etenim quod quaerimus multo propius praesto est, cum etiam verbum ἐπινέμω adsignandi, tribuendi significatione praeditum sit, ita ut ἐπινομὴ sit attributio, adsignatio. Cf. Hom. Od. XX, 254: σῖτον δὲ σφ' ἐπένειμε. Ita ἐπίνομος

pulo Israelis oriretur ita se gessit, ut nomen veri et solius Dei glorificaretur. cui sit gloria in saecula saeculorum. Amen.

CAP. XLIV.

Apostoli quoque nostri per Iesum Christum Dominum nostrum 1 cognoverunt contentionem de vi et auctoritate episcopatus oborituram. Ob eam ergo causam perfecta praescientia praediti con- 2 stituerunt praedictos ac deinceps adsignationem dederunt, ut cum illi decessissent ministerium eorum alii viri probati exciperent. Itaque qui constituti sunt ab illis vel deinceps ab aliis viris 3 eximiis consentiente universa ecclesia, quique inculpate gregi Christi deservierunt cum humilitate, quiete, nec illiberaliter, quique longo tempore ab omnibus testimonium praeclarum reportarunt, hos

---

apud Hesychium est κληρονόμος. Quamobrem ἐπινομή h. l. est adsignatio muneris episcopalis. Quae significatio, si quid video, lexicis nostris tertio loco addenda est. Ceterum alii qui et ipsi ἐπινομήν retinent, derivant illud a substantivo νόμος, ut sit i. q. ἐπινομίς, lex addita, ordinatio, testamentliche Verfügung. Apostolos autem non legem tulisse, sed institutum quoddam creasse dicit Clemens. Est munus episcopale. Episcopos postquam instituerant, deinceps etiam successionem eorum ordinarunt apostoli, idque magis suadendo fecerunt quam legislatorum more iubendo. Denique coniecturas a VV. DD. propositas enumeremus. Boisius coniecit ἐπιλογήν scribendum esse, Turnerius ἐπιμονήν, Ritschelius ἐπιστολήν, Hilgenfeldius ἐπιτροπήν. Jacobsonus vertit: futurae successionis seriem, nobiscum prope conveniens.

6) καταστάθέντας ὑπ' ἐκείνων — τῆς ἐκκλησίας πάσης] Apparet Corinthi episcopos a clero consentiente populo institutos esse, ecclesia autem quantum hac in re iuris habuerit non liquet. Fellus citat Cyprianum epist. 68 ed. Bened. 67 ed. Fell. et Origenem hom. VI in Levit. Opp. t. II p. 216 edit. Bened.

7) ἐκείνων] videl. ἀποστόλων.

8) ἐλλογίμων] Quaeritur qui viri heic dicantur. Recte Hefelius Titum Timotheum alios apostolorum coadiutores dici censet.

9) συνευδοκησάσης] De suffragio populi cf. Cyprian. ep. 55 p. 82, ep. 68 p. 118 ed. Bened. 1726. Wotton.

10) ἀβαναύσως] Adverbium βαναύσως reperies in lexicis, ἀβαναύσως non reperies.

11) μεμαρτυρημένους τε πολλοῖς χρόνοις] Verba πολλοῖς χρόνοις ostendunt presbyteros illos diu i. e. plura decennia munere functos esse. Unde sequitur non anno 64, sed 96, quadraginta tribus annis post annum 53, quo Corinthiorum ecclesia fundata est, elapsis epistulam ad Corinthios scripsisse Clementem. Id quod primus demonstravit Gundertus l. l. p. 643.

12) νομίζομεν] Apparet christianos Corinthios presbyteros suos de munere removisse et hac de causa Ro-

4 βαλέσθαι τῆς λειτουργίας. ἁμαρτία γὰρ οὐ μικρὰ ἡμῖν ἔσται ἐὰν τοὺς ἀμέμπτως καὶ ὁσίως προσενεγκόντας[13] τὰ δῶρα[14] τῆς ἐπι-
5 σκοπῆς ἀποβάλωμεν. μακάριοι οἱ προοδοιπορήσαντες[15] πρεσβύτεροι, οἵτινες ἔγκαρπον καὶ τελείαν ἔσχον τὴν ἀνάλυσιν·[16] οὐ γὰρ εὐλαβοῦνται, μή τις αὐτοὺς μεταστήσῃ ἀπὸ τοῦ ἱδρυμένου αὐτοῖς
6 τόπου.[17] ὁρῶμεν γὰρ ὅτι ἐνίους ὑμεῖς μετηγάγετε καλῶς πολιτευομένους ἐκ τῆς ἀμέμπτως αὐτοῖς τετιμημένης[18] λειτουργίας.

ΚΕΦ. ΜΕ'.

1 Φιλόνεικοί[1] ἐστε, ἀδελφοί, καὶ ζηλωταὶ περὶ μὴ[2] ἀνηκόντων
2 εἰς σωτηρίαν. ἐγκύπτετε[3] εἰς τὰς γραφάς, τὰς ἀληθεῖς ῥήσεις[4]
3 πνεύματος τοῦ ἁγίου. ἐπίστασθε ὅτι οὐδὲν[5] ἄδικον οὐδὲ παραπεποιημένον γέγραπται ἐν αὐταῖς· οὐχ εὑρήσετε[6] δικαίους ἀποβεβλη-
4 μένους[7] ἀπὸ ὁσίων ἀνδρῶν. ἐδιώχθησαν δίκαιοι, ἀλλ' ὑπὸ ἀνόμων·

---

3. λιτουργιας. — 5. αναλυσιν. 6. μεταγαγετε. — 6. πολιτευομεν... — 6. λιτουργειας. — CAP. XLV. 1. φιλονικ.. — 1. εσται. — 1. περι.. 2. σωτηριανεν.. — 2. ...τε. — 2. .....πνς. 3. επιτασθαι: „ita codex". Tischendorf. — 3. .....δεν. — 3. παραπε.....μενον. — 3. ....υρησεται. — 3. αποβε....ενους. 4. ...ωχθησαν. — 4. ανο..ν.

manorum nomine sententiam ferre Clementem. Loquentes autem sunt Romani, non Clemens ipse solus.

13) ὁσίως προσενεγκόντας] videl. θεῷ.

14) προσενεγκόντας τὰ δῶρα τῆς ἐπισκοπῆς ἀποβάλωμεν] Cave ne verba τὰ δῶρα τῆς ἐπισκοπῆς coniungas, cum quae sequuntur τῆς ἐπισκοπῆς ἀποβάλωμεν iungenda sint. Namque τὰ δῶρα absolute dicitur: τὰ δῶρα sunt προσφοραὶ τῆς εὐχαριστίας s. cenae sacrae. Jacobsonus enim: „Nimis, inquit, audacter pronuntiat Bernardus neminem veterum ita sine adiecto simpliciter locutum esse. Ignatius in ep. ad Smyrn. § 7 eucharistiam vocat τὴν δωρέαν τοῦ θεοῦ, et in Constitutt. apostolicis VIII 12 legimus οἱ διάκονοι προσαγέτωσαν τὰ δῶρα τῷ ἐπισκόπῳ πρὸς τὸν θυσιαστήριον. Plura exempla huius significationis e scriptoribus non tantum vetustatis habentibus congessit Cotelerius, qui notat eucharistiam etiam ab Aethiopibus appellari corban i. e. δῶρον. Marci VII 11. Cf. Suicer. thes. eccl. voc. δωρέα et δῶρον." Ita Jacobsonus, cui quanquam adsentimur, virgula tamen post δῶρα et ante τῆς ἐπισκοπῆς ponenda minime opus esse censemus.

15) προοδοιπορήσαντες] Sarcastice defunctos qui iam diem obierunt presbyteros heic memorat Clemens.

16) τελείαν ἔσχον τὴν ἀνάλυσιν] Itaque qui nuper munere remoti erant Corinthiorum presbyteri, eos Corinthiorum culpa ἐγκάρπῳ καὶ τελείᾳ ἀνάλυσι caruisse innuit Clemens. Ἀνάλυσις h. l. vitae finis est, uti dicit Soph. El. 142:

ἐν οἷς ἀνάλυσίς ἐστιν οὐδεμία
κακῶν.

Cf. II Tim. IV 6.

iudicamus munere suo non iuste deiici. Neque enim leve erit pec- 4
catum nostrum si eos qui sancte et sine reprehensione munera
obtulerunt episcopatu eiicimus. Beati presbyteri viam prius 5
emensi qui fructuosam perfectamque dissolutionem consecuti
sunt; non enim verentur ne quis eos repellat de loco ipsis consti-
tuto. Videmus enim vos nonnullos honeste viventes ab officio 6
quod inculpate et cum honore exsequebantur removisse.

CAP. XLV.

Contentiosi estis, fratres, et in rebus quae ad salutem minime 1
pertinent accensi zelo. Scripturas diligenter inspicite, quae Spi- 2
ritus Sancti vera sunt oracula. Attendite in illis nihil iniustum 3
neque perversum scriptum esse. Nec enim a viris sanctis in-
venietis iustos reiectos. Persecutionem passi sunt iusti, sed ab 4

---

17) *ἀπὸ τοῦ ἱδρυμένου αὐτοῖς τόπου*] Ex hoc loco satis constat eos qui ex hac vita pie excesserunt habere sedem vel locum sibi proprium. Hinc a Barnaba § 19 dicitur *ὁδεύειν εἰς τὸν ὡρισμένον τόπον*; a S. Ignatio ad Magnes. § 5 *ἕκαστος εἰς ἴδιον τόπον μέλλει χωρεῖν*. Nec non unicuique suum esse gradum secundum fidem opera vel labores in hoc vita perpessos. Quod etiam post resurrectionem fore non obscure subindicat S. Paulus I Cor. XV 41. Docet etiam Beatus Servator noster apud S. Io. XIV 2 *ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ πατρός μου μοναὶ πολλαί εἰσιν*. Cf. Polycarp. ad Phil. § 9. Chrysostomus de B. Paulo homil. VIII c. anomoeos opp. I 517 ed. Bened. S. Cyprianus de habitu virginum ad finem p. 102 ed. Fell. — Iustini M. dialogus cum Tryphone p. 148. 312 ed. Thirlby. WOTTON.

18) *τετιμημένης*] Cum sedulam curam iis praestare soliti simus quae in honore ac pretio habemus, *λειτουργίαν τιμᾶν* dicuntur qui munera sua diligenter obeunt. DAVISIUS.

CAP. XLV. 1) *φιλόνεικ[οι]*] Ita legit Iunius.

3) *περὶ [μὴ] ἀνηκόντων*] Istud *μὴ* est coniectura Iunii.

3) *ἐγ[κύπτετε]* Ita primus lacunam restituit Iunius. In cod. p. 44 edit. Tischendorf. versu extremo est *εν* (non *εγ*) et pagina sequens incipit a syllaba *τε*.

4) *[ῥήσεις]* Haec est coniectura Patricii Iunii.

5) *ἐπίστασθε [ὅτι οὐδ]έν*] Ita primus legit Iunius, qui et sequens *παραποιημένον* restituit.

6) *αὐταῖς. [οὐχ ε]ὑρήσετε*] Alii legunt *οὐ γὰρ εὑρήσετε*. Sed nec *γάρ* quadrat, cum quae praecedunt, his verbis non explicentur, nec spatium sex litteris sufficere videatur. Quare scripsimus *οὐχ εὑρήσετε*.

7) *ἀποβε[βλημένους ἀπὸ]* Classicius quidem *ὑπὸ* scripsisset Clemens, sed cum praecedat *ἀπο* in verbo, sequitur *ἀπό*. Cf. Luc. XVII 25 et vid. Al. Buttmann p. 280. Hilgenfeldius scribit *ὑπό*.

ἐφυλακίσθησαν, ἀλλ' ὑπὸ ἀνοσίων· ἐλιθάσθησαν ὑπὸ παρανόμων· ἀπεκτάνθησαν ὑπὸ τῶν μιαρῶν καὶ ἄδικον ζῆλον ἀνειληφότων.
5. θταῦτα πάσχοντες εὐκλεῶς ἤνεγκαν. τί γὰρ εἴπωμεν, ἀδελφοί; Δανιὴλ[8] ὑπὸ τῶν φοβουμένων τὸν θεὸν ἐβλήθη εἰς λάκκον λεόντων;
7 ἢ Ἀνανίας[9] καὶ Ἀζαρίας καὶ Μισαὴλ ὑπὸ τῶν θρησκευόντων τὴν μεγαλοπρεπῆ καὶ ἔνδοξον θρησκείαν τοῦ ὑψίστου κατείρχθησαν εἰς κάμινον πυρός; μηθαμῶς τοῦτο γένοιτο. τίνες οὖν οἱ ταῦτα δράσαντες; οἱ στυγητοὶ καὶ πάσης κακίας πλήρεις εἰς τοσοῦτο ἐξήρθησαν[10] θυμοῦ ὥστε τοὺς ἐν ὁσίᾳ καὶ ἀμώμῳ προθέσει δουλεύοντας τῷ θεῷ εἰς αἰκίαν περιβαλεῖν, μὴ εἰδότες ὅτι ὁ ὕψιστος ὑπέρμαχος καὶ ὑπερασπιστής ἐστιν τῶν ἐν καθαρᾷ συνειδήσει λατρευόντων τῷ παναρέτῳ ὀνόματι αὐτοῦ· ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν
8 αἰώνων. ἀμήν. οἱ δὲ ὑπομένοντες ἐν πεποιθήσει δόξαν καὶ τιμὴν ἐκληρονόμησαν, ἐπήρθησάν τε καὶ ἔγγραφοι[11] ἐγένοντο ἀπὸ τοῦ θεοῦ ἐν τῷ μνημοσύνῳ[12] αὐτῶν εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

---

4. υπο..οσιων. — 4. πα..νομων. — 4. .ποτων. — 4. .νειληφοτων. 5. .υκλαιως. 6. ..γαρειπομεν. — 6. .βληθη. — 6. .ανανιας — 6. μηθαμως. 7. στυητοι, omisso γ. confirmat Tischendorf. — 7. ..ναρετω.. — 7. δοξ...ς. — 7. αι..... μην. 8. .ιδε. — 8. υπο.ενοντες. — 8. επαφροι „sic". Tischendorf.

8) Δανιήλ] Dan. VI 16.

9) ἢ Ἀνανίας] Dan. III 20. Voculam ἢ Davisius scribendam duxit.

10) ἐξήρθησαν] Haec est coniectura Birrii. Codex habet εξηρισαν. Jacobsonus adnotat: „Merae coniiciendi licentiae et temeritati recte hic obstitit Wottonus. Exemplum enim verbi ἐξερίζειν praebet Stephanus e Plutarchi vita Pompeii § 56." Cui etiam addi poterant quae Passowius citat Appiani civ. II 151. Sed nimis cito et praepropere victoriam nuntiasse videntur Wottonus et Jacobsonus, nimis temere iis accinisse alii. Ἐξερίζειν enim Passowio auctore nihil est nisi ἔριν continuare s. in pugna ad finem usque perseverare, neque erat quod Wottonus verteret: *in tantum furorem contentionis studio incitati sunt*, et Jacobsonus: *eo furoris contentionis studio proruperunt.* Nec prodest Hefelii interpretatio: *eo furore rixati sunt*, cum non ἔρις improborum, sed θυμός furor θεοστυγίας h. l. tractetur. Quod cum ita sit, recepimus Birrii coniecturam.

11) τε καὶ ἔγγραφοι ἐγένοντο] Hoc effecimus ex monstro illo verbi quod

iniquis; in carcerem sunt coniecti, sed ab impiis; lapidati sunt, sed a nefariis; occisi sunt, sed a scelestis et iniusto zelo abreptis. Haec patientes gloriose tulerunt. Quid enim, fratres, dicemus? 5.6 Daniel in speluncam leonum ab eis qui Deum timebant coniectus est? An Ananias, Azarias et Misael conclusi sunt in fornacem ignis ab eis qui magnificum et gloriosum Altissimi cultum observabant? Absit prorsus! Quinam igitur haec patrarunt? Abomi- 7 nandi et omni malitia pleni eo furoris incitati sunt, ut eos qui cum sancta et inculpata voluntate Deo servierunt tormentis iniecerint, ignorantes Altissimum propugnatorem et defensorem eorum esse qui pura conscientia nomen eius virtute plenum colunt. Cui sit gloria in saecula saeculorum. amen. Illi vero cum fiducia pa- 8 tienter tolerantes gloriae et honoris heredes facti sunt, et a Deo exaltati et inscripti sunt in librum memoriae eorum in saecula saeculorum. amen.

---

praebet codex: *επαφροι*. Facillime enim ex

ЄГГРАФОІ ЄПАФРОІ

incuria librarii fieri poterat. Hilgenfeldius, qui coniecturam nostram recepit, ad eam confirmandam citat *Hermae Pastoris* vis. I 3 p. 7, 4 sq. 574 ed. II. Dressel.: *ἐγγραφήσονται εἰς τὰς βίβλους τῆς ζωῆς μετὰ τῶν ἁγίων*. Et eiusd. mandat. η' p. 581. p. 595 ed. Dressel. *ἵνα ζήσῃς τῷ θεῷ καὶ ἐγγραφήσῃ*. — *Παραβολ.* II. p. 82, 13. — Denique coniecturas ab aliis factas enumeremus:

ἐλαφροί vel *ἀνέπαφοι*. Boisius.
ἐλαφριζόμεναι. Iunius.
ἐλαφροὶ v. *ἔπαυροι*. Cotelerius.
ἔπαρχοι v. *ἔφοροι*. Birrius.
ἐπαιθέριοι. Davisius.
ἐπαφρόδιτοι. Hefelius.

Quas omnes refellere longum est. De sensu nostrae coniecturae vid. notam sequentem.

12) *ἐν τῷ μνημοσύνῳ αὐτῶν*] Cf. LIII, ubi citatur Exod. XXXII 32. Hoc loco Clemens Romanus, S. Pauli discipulus, meminit verborum illorum quibus ipse ab apostolo collaudatur:

μετὰ καὶ Κλήμεντος καὶ τῶν λοιπῶν συνεργῶν μου. ὧν τὰ ὀνόματα ἐν βίβλῳ ζωῆς. Phil. IV 3.

Et cf. Luc. X 20. Apoc. III 5. XIII 8. XX 15. 19. Psalm. LXIX 29. Ies. IV 3. Dan. XII 1. Cf. etiam quae de libro vitae s. viventium exponit Delitzschius ad commentarium in psalmos II 521. „Liber vita סֵפֶר חַיִּים continet album צַדִּיקִים."

ΚΕΦ. Μς'.

1 Τοιούτοις οὖν ὑποδείγμασιν κολληθῆναι καὶ ἡμᾶς δεῖ, ἀδελφοί.
2 Γέγραπται γάρ·[1]

,κολλᾶσθε τοῖς ἁγίοις, ὅτι οἱ κολλώμενοι αὐτοῖς ἁγιασθήσονται.'

3 καὶ πάλιν ἐν ἑτέρῳ τόπῳ λέγει·[2]

,μετὰ ἀνδρὸς ἀθώου ἀθῶος ἔσῃ, καὶ μετὰ ἐκλεκτοῦ
4 ἐκλεκτὸς ἔσῃ, καὶ μετὰ στρεβλοῦ διαστρέψεις.' κολληθῶμεν οὖν τοῖς ἀθώοις καὶ δικαίοις· εἰσὶν δὲ οὗτοι ἐκλεκτοὶ τοῦ
5 θεοῦ. ἵνα τί ἔρεις[3] καὶ θυμοὶ καὶ διχοστασίαι καὶ σχίσματα, πόλε-
6 μός τε ἐν ὑμῖν; ἢ οὐχὶ[4] ἕνα θεὸν ἔχομεν καὶ ἕνα Χριστόν; καὶ ἓν πνεῦμα τῆς χάριτος τὸ ἐκχυθὲν ἐφ' ἡμᾶς, καὶ μία κλῆσις ἐν Χριστῷ;
7 ἵνα τί διέλκομεν καὶ διασπῶμεν τὰ μέλη τοῦ Χριστοῦ, καὶ στασιάζομεν πρὸς τὸ σῶμα τὸ ἴδιον, καὶ εἰς τοσαύτην ἀπόνοιαν ἐρχόμεθα ὥστε ἐπιλαθέσθαι ἡμᾶς ὅτι μέλη ἐσμὲν ἀλλήλων; μνήσθητε τῶν
8 λόγων Ἰησοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν· εἶπε γάρ·[5]

,οὐαὶ τῷ ἀνθρώπῳ ἐκείνῳ· καλὸν ἦν αὐτῷ εἰ οὐκ ἐγεννήθη ἢ ἕνα τῶν ἐκλεκτῶν μου σκανδαλίσαι· κρεῖττον ἦν αὐτῷ περιτεθῆναι μύλον καὶ καταποντισθῆναι εἰς τὴν θάλασσαν ἢ ἕνα τῶν μικρῶν μου σκανδαλίσαι.'

9 Τὸ σχίσμα ὑμῶν πολλοὺς διέστρεψεν, πολλοὺς εἰς ἀθυμίαν ἔβαλεν, πολλοὺς εἰς δισταγμόν, τοὺς πάντας ἡμᾶς εἰς λύπην· καὶ ἐπίμονος ὑμῶν ἐστιν ἡ στάσις.

ΚΕΦ. ΜΖ'.

1 Ἀναλάβετε τὴν ἐπιστολὴν[1] τοῦ μακαρίου Παύλου τοῦ ἀποστό-
2.3 λου. τί πρῶτον ὑμῖν ἐν ἀρχῇ[2] τοῦ εὐαγγελίου ἔγραψεν; ἐπ' ἀλη-

---

CAP. XLVI. 2. κολλασθαι. — 4. .ολληθωμεν. — 5. εφημας. — 9. παντας ημας.

CAP. XLVI. 1) γέγραπται γάρ] Ubinam? quaeritur. In sacris Bibliis frustra scrutaberis. Descripsit hunc quoque locum Clemens Al. Strom. V 8 p. 677 ed. Pott. Venet.

2) ἐν ἑτέρῳ τόπῳ λέγει] videl. θεός. Ps. XVII 26. 27.

3) ἵνα τί ἔρεις] Iac. IV 1.

4) ἢ οὐχί] Eph. IV 4—6.

5) εἶπε γάρ] Quae sequuntur con-

CAP. XLVI.

Talibus igitur exemplis et nos adhaerere oportet, fratres. 1
Scriptum enim est: 2

‚Sanctis vos adiungite, quia qui illis adhaerent sanctificabuntur.'

Et rursus alio loco: 3

‚cum viro innocente innocens eris, et cum electo electus eris, et cum perverso perverteris.' Quare innocen- 4
tibus et iustis iungamus nos; ii enim sunt electi Dei. Cur inter 5
vos sunt contentiones irae dissensiones schismata et bellum? Nonne unum Deum et unum Christum habemus? Nonne unus est 6
Spiritus gratiae qui super nos effusus est et una vocatio in Christo? Cur divellimus et discerpimus membra Christi et contra proprium 7
corpus seditionem movemus eoque vesaniae devenimus ut alios aliorum membra esse obliviscamur? Recordamini verba Iesu Domini nostri. Dixit enim: 8

‚vae homini illi! Bonum erat ei si natus non fuisset, quam ut unum ex electis meis scandalizaret; melius erat ut ei mola circumponeretur et demergeretur in mare, quam ut unum ex pusillis meis scandalizaret.'

Schisma vestrum multos pervertit, multos in animi deiectio- 9
nem, multos in vacillationem, nos omnes in tristitiam coniecit, nos omnes moerore affecit; et adhuc pertinax est seditio vestra.

CAP. XLVII.

Epistulam beati Pauli apostoli in manus sumite. Quid primo 1.2
vobis loco initio muneris sui evangelici scripsit? Certe divinitus 3

---

flata sunt ex iis quae leguntur Matth. XXVI 24. XVIII 6. Marci IX 42. Citantur haec a Clemente Al. Strom. III 18 p. 561; id quod iam Wottonus adnotavit.

CAP. XLVII. 1) *τὴν ἐπιστολήν*] videl. primam ad Corinthios.

2) *πρῶτον ὑμῖν ἐν ἀρχῇ τοῦ εὐαγγελίου*] videl. *αὐτοῦ*, dicit enim peculiare S. Paulo evangelium, i. e. peculiarem evangelii conceptionem. Vid. Rom. II 16. XVI 25. II Tim. II 8. II Cor. IV 3. II Thess. II 14. Ceterum his verbis non tempus, quo praedicarit apostolus, urgit Clemens, sed verbo *πρῶτον* extollit praestantiam eorum quae dicturus est,

θείας πνευματικῶς ἐπέστειλεν[3] ὑμῖν περὶ αὐτοῦ τε καὶ Κηφᾶ τε
4 καὶ Ἀπόλλω διὰ τὸ καὶ τότε προσκλίσεις ὑμᾶς πεποιῆσθαι. ἀλλ'
ἡ πρόσκλισις ἐκείνη ἥττονα[4] ἁμαρτίαν ὑμῖν προσήνεγκεν· προσ-
εκλίθητε γὰρ ἀποστόλοις μεμαρτυρημένοις καὶ ἀνδρὶ[5] δεδοκι-
5 μασμένῳ παρ' αὐτοῖς. νυνὶ δὲ κατανοήσατε τίνες ὑμᾶς διέστρεψαν
6 καὶ τὸ σεμνὸν τῆς περιβοήτου φιλαδελφίας ὑμῶν ἐμείωσαν. αἰσχρὰ,[6]
ἀγαπητοί, καὶ λίαν αἰσχρὰ καὶ ἀνάξια τῆς ἐν Χριστῷ ἀγωγῆς ἀκούε-
σθαι[7] τὴν βεβαιοτάτην καὶ ἀρχαίαν[8] Κορινθίων ἐκκλησίαν δι' ἓν
7 ἢ δύο πρόσωπα στασιάζειν πρὸς τοὺς πρεσβυτέρους. καὶ αὕτη ἡ
ἀκοὴ[9] οὐ μόνον εἰς ἡμᾶς ἐχώρησεν, ἀλλὰ καὶ εἰς τοὺς ἑτεροκλινεῖς
ὑπάρχοντας ἀφ' ἡμῶν· ὥστε καὶ βλασφημίας[10] ἐπιφέρεσθαι τῷ
ὀνόματι κυρίου διὰ τὴν ὑμετέραν ἀφροσύνην, ἑαυτοῖς δὲ κίνδυνον
ἐπεξεργάζεσθαι.

ΚΕΦ. ΜΗ'.

1 Ἐξάρωμεν οὖν τοῦτο ἐν τάχει καὶ προσπέσωμεν τῷ δεσπότῃ
καὶ κλαύσωμεν ἱκετεύοντες αὐτὸν ὅπως ἵλεως[1] γενόμενος ἐπι-
καταλλαγῇ[2] ἡμῖν καὶ ἐπὶ τὴν σεμνὴν τῆς φιλαδελφίας ἡμῶν καὶ[3]

CAP. XLVII. 1. αλληπροσκλισεισεκεινη. — 4. ηττον. quod confirmat Tischendorfius. — 5. εμιωσαν. — 6. ακουεσθαι.

Aliusmodi sunt quae leguntur Phil. IV 15: ὅτι ἐν ἀρχῇ τοῦ εὐαγγελίου: *ibi* temporis ipsius qualitas effertur.

3) ἐπέστειλεν] I Cor. I 12.

4) ἥττονα ἁμαρτίαν] Cod. habet ηττον, quod mendum esse primus vidit Davisius.

5) ἀνδρὶ δεδοκιμασμένῳ] Timotheum dicit Clemens.

6) αἰσχρὰ — καὶ ἀνάξια] Vid. notam sequentem.

7) αἰσχρὰ — καὶ ἀνάξια — ἀκούεσθαι] i. e. αἰσχρὸν καὶ ἀνάξιόν ἐστιν ἀκούεσθαι. Videlicet τὸ ἀκούεσθαι αἰσχρόν ἐστι. Mallemus quidem αἰσχρόν et ἀνάξιον, sed nihil mutandum, quanquam haud pauci VV. DD. ἀκούεται scribendum esse censuerunt.

8) τὴν βεβαιοτάτην καὶ ἀρχαίαν Κορινθίων ἐκκλησίαν] Hic locus gravissimo et dilucidissimo argumento est iis qui non anno 68, sed anno 96 epistulam nostram scriptam esse censent. Etenim anno 53 condita est ecclesia corinthiaca. Cf. librum meum inscriptum Neutestamentliche Studien p. 87. Quare anno 96 quadraginta tres annos nata erat ecclesia. Quae cum anno 96 non longe aberat a dimidio saeculi ἀρχαία optime dici poterat, praesertim cum non βεβαιοτάτην καὶ ἀρχαιοτάτην ἐκκλησίαν scribat Clemens, sed tantum: βεβαιοτάτην καὶ ἀρχαίαν. Acce-

inspiratus de seipso, de Cepha et Apollo ad vos litteras dedit, quia
etiam tum inter vos factiones et partium studia erant. Sed factio 4
ista minus vobis intulit peccatum; inclinabamini enim in apostolos
praeclaro testimonio celebres et in virum ab illis probatum. Nunc 5
vero, qui sint qui vos perverterint et nominatissimi amoris vestri
fraterni decus imminuerint, vobiscum perpendite. Turpia, fratres, 6
turpia valde auditu sunt et christiana vivendi ratione indigna quae
comperimus: firmissimam et antiquam Corinthiorum ecclesiam
propter unum aut alterum hominem seditionem movere contra
presbyteros. Et hic quidem rumor non tantum ad nos, sed ad eos 7
etiam qui a nobis alieni sunt manavit; ita ut propter vestram
amentiam blasphemiae nomini Domini inferantur, et vobis ipsis
periculum creetur.

CAP. XLVIII.

Auferamus igitur hoc celeriter; pedibus Domini advolvamur, 1
et flentes suppliciter imploremus eum, ut propitius factus nobis
reconcilietur et in pristinam nostram decoram et castam fraterni

---

dit quod anno 96 Corinthiorum ecclesia erat revera ex vetustissimis qui tunc erant coetibus christianis. Totum contra est, si anno 68 *ἀρχαίαν* fuisse contendas. Trium lustrorum ecclesia non est *ἀρχαία*. Neque est *βεβαιοτάτη*. Denique cf. quae contra Hefelium disputavit Gundertus in libello temporario lutherano l. c.

9) *καὶ αὕτη ἡ ἀκοή*] His ex verbis patet Romanos a Corinthiis non esse litteris certiores factos, sed solo rumore ut ad illos epistulam darent commotos esse.

10) *βλασφημίας*] Cf. Rom. II 24. I Tim. VI 1.

CAP. XLVIII. 1) *ἵλεως γενόμενος*] Risum profecto movet istud *ἵλεως*. Editores enim tantum non omnes quanquam supra capite II versu 2 contenderant *ἱλέως*, non *ἵλεως γενέσθαι* legendum esse, quia verbum *γίνεσθαι* cum adverbio construi voluerunt, h. l. iidem legunt *ἵλεως*, obliti nimirum eorum quae supra docuerunt. Sed falsi docuerunt. Nam verbum *γίνεσθαι*, si, qui fiunt vel quod fit, praedicato adiecto qualitatem attributam accipiunt s. accipit, non potest quin cum adiectivo iungatur. Ita et logica praecipit, non solum grammatica.

2) *ἐπικαταλλαγῇ ἡμῖν*] *ἅπαξ*, ut videtur, *λεγόμενον*, quod frustra quaeres in lexicis.

3) *καὶ ἁγνήν*] Copulam quam a Clemente Alex. Strom. IV 18. 113 p. 613 iamdudum petendam duxerunt, Tischendorfii *ἀποτύπωμα* exhibet ipsam,

2 ἁγνὴν ἀγωγὴν ἀποκαταστήσῃ ἡμᾶς. πύλη γὰρ δικαιοσύνης ἀνεῳγυῖα
εἰς ζωὴν αὕτη, καθὼς γέγραπται·[4]
,ἀνοίξατέ μοι[5] πύλας δικαιοσύνης. εἰσελθὼν ἐν αὐ-
3 ταῖς ἐξομολογήσομαι[6] τῷ κυρίῳ. αὕτη ἡ πύλη τοῦ κυρίου·
δίκαιοι εἰσελεύσονται ἐν αὐτῇ.
4 πολλῶν οὖν πυλῶν ἀνεῳγυιῶν,[7] ἡ ἐν δικαιοσύνῃ αὕτη ἐστὶν
ἡ ἐν Χριστῷ[8], ἐν ᾗ μακάριοι πάντες οἱ εἰσελθόντες καὶ κατευθύ-
νοντες τὴν πορείαν αὐτῶν ἐν ὁσιότητι καὶ δικαιοσύνῃ, ἀταράχως
5 πάντα ἐπιτελοῦντες. ἤτω τις πιστὸς, ἤτω δυνατὸς γνῶσιν ἐξειπεῖν,
6 ἤτω σοφὸς ἐν διακρίσει[9] λόγων, ἤτω ἁγνὸς[10] ἐν ἔργοις. τοσούτῳ
γὰρ μᾶλλον ταπεινοφρονεῖν ὀφείλει ὅσῳ δοκεῖ μᾶλλον[11] μείζων
εἶναι καὶ ζητεῖν[12] τὸ κοινωφελὲς πᾶσιν, καὶ μὴ τὸ ἑαυτοῦ.

ΚΕΦ. ΜΘ'.

1 Ὁ ἔχων ἀγάπην ἐν Χριστῷ ποιησάτω[1] τὰ τοῦ Χριστοῦ παρ-
2 αγγέλματα. τὸν δεσμὸν[2] τῆς ἀγάπης τοῦ θεοῦ τίς δύναται ἐξη-

---

CAP. XLVIII. 2. εξομολογησωμαι. — 5. σοφοσενδιακριακρισιν. quod confirmat Tischendorfius: v. notam nostram. — 5. ητωαγνοσενεργοις. — 6. οφιλει.

4) καθὼς γέγραπται] Ps. CXVII 19. 20.

5) ἀνοίξατέ μοι — μείζων εἶναι] Hunc totum locum in usum suum convertit Clemens Alex. Strom. I 7, 38 p. 338 sq. et VI 8, 64 p. 772 ed. Venet. Id quod Wottonus primus monuisse videtur.

6) ἐξομολογήσομαι] Ita LXX, codex habet εξομολογησωμαι, quod ut servet Hilgenfeldius scribit: ἵνα εἰσελθὼν ἐν αὐταῖς ἐξομολογήσωμαι.

7) πολλῶν οὖν πυλῶν — ἐν ἔργοις] Haec verba bis repetiit Clemens Alex. Strom. I 7, 38 et VI 8, 64, ita tamen ut l. VI 8 memoria lapsus ea tribuat Barnabae.

8) ἡ ἐν Χριστῷ] Cf. Hermae Pastorem Similit. III 9, 12.

9) ἐν διακρίσει] Tischendorfius adnotat: „Διακριακρισιν. sic, male repetitis litteris ιακρ." Olim invito codice ἐν δικαίᾳ κρίσει edebatur. At nec Jacobsonus loci rationem satis perspexit. „Ego quidem, inquit, cum codicem acrius inspicerem, διακ. ιακρισιν cernere visus sum, verisimillimumque duxi duas priores syllabas repetitas fuisse per eandem festinationem et incuriam quibus debemus accusativum pro dativo quem sensus plane postulat. Librario indocto γνωσιν proxime praecedens fraudi forsitan fuit. Sed pergamena in hac parte msti tam trita, tam commaculata est, ut nemo sanorum pro certo hoc vel illud statuere audeat." Jacobsonus igitur primus est qui scripsit ἐν διακρίσει λόγων. Denique διάκρισις λόγων quae opponitur τῇ ἁγνείᾳ ἔργων non eadem plane

amoris conversationem nos restituat. Haec enim vita porta iusti- 2
tiae est ad vitam aperta, sicut scriptum est:

‚aperite mihi portas iustitiae; ingressus in eas confitebor Domino; haec porta Domini, iusti intrabunt 3
in eam.‘

Cum igitur multae portae apertae sint, ea quae est iustitiae 4
eadem et in Christo est; beati omnes qui in eam intrarunt et iter suum in sanctitate et iustitia direxerunt, omnia imperturbati peragentes. Sit aliquis fidelis, sit potens in enarranda cognitione 5
sublimiori, sit sapiens in verborum diiudicatione, sit castus in operibus: tanto humilior esse debet, quanto maior esse videtur, 6
et quaerere debet quod omnibus utile est, non sibi soli.

CAP. XLIX.

Qui caritatem in Christo habet, servet Christi mandata. Vin- 1.2
culum caritatis Dei quis potest enarrare? Quis pulchritudinis eius

---

est quae *διάκρισις διαλογισμῶν* Rom. XIV 1.

10) *ἁγνὸς ἐν ἔργοις*] Non erat quod adiectivo *ἁγνός* verba *ἐν ἔργοις* apponeret Clemens, nisi praecederet *λόγων*, cui substantivo, cum *ἁγνεία* et *λόγων* sit et *ἔργων*, opposuit illud *ἁγνὸς ἐν ἔργοις*. Poterat per se etiam solum vocabulum *ἁγνός* ponere Clemens, sed obstabat rhythmica, ut ita dicam, periodi ratio, quae pleniorem conclusionem poposcisse videatur. Quae cum ita sint, errare videntur qui, nimium tribuentes Clementi Alexandrino, h. l. *γοργὸς ἐν ἔργοις* legunt. Alexandrinus enim more suo Romani verba usurpans haec scribit: *ἤτω σοφὸς ἐν διακρίσει λόγων, ἤτω γίργος ἐν ἔργοις, ἤτω ἁγνός*. Ex quo Potterus primus effecit etiam apud Clementem Romanum scribendum esse: *ἤτω γοργὸς ἐν ἔργοις*. Id quod minime concedimus. Quid enim est *γοργὸς ἐν ἔργοις*? *ferox in operibus?* Nonne ferocia s. superbia operum contradicit cum totius loci tenore, tum verbo *ταπεινοφρονεῖν* quod statim post commendatur?

11) *τοσούτῳ γὰρ μᾶλλον*] Matth. XXIII 11. Eadem Hilgenfeldius citat ex Antonii Melissa part. II. serm. 73. Maximi locis commun. serm. 49.

12) *καὶ ζητεῖν*] I Cor. X 33.

CAP. XLIX. 1) *ποιησάτω*] Cave ne putes nos e coniectura scripsisse *ποιησάτω* pro eo quod ad unum omnes habent libri editi: *τηρησάτω*. Est enim hoc quasi glaucoma, omnium qui adhuc Clementem curarunt oculis obiectum, a Tischendorfio autem pro ea qua est oculorum acie dispulsum; nam in codice al. legitur *ποιησατω*. Cf. Tischendorfium Append. codicum p. XIX col. II.

2) *τὸν δεσμὸν*] Col. III 14. Citantur haec Wottono teste a beato Hieronymo.

3 γήσασθαι; τὸ μεγαλεῖον τῆς καλλονῆς αὐτοῦ τίς ἀρκετὸς ἐξειπεῖν;[3]
4.5 τὸ ὕψος[4], εἰς ὃ ἀνάγει ἡ ἀγάπη, ἀνεκδιήγητόν ἐστιν. ἀγάπη κολλᾷ ἡμᾶς τῷ θεῷ, ἀγάπη[5] καλύπτει πλῆθος ἁμαρτιῶν, ἀγάπη πάντα ἀνέχεται, πάντα μακροθυμεῖ· οὐδὲν βάναυσον ἐν ἀγάπῃ, οὐδὲν ὑπερήφανον· ἀγάπη σχίσμα οὐκ ἔχει, ἀγάπη οὐ στασιάζει, ἀγάπη πάντα ποιεῖ ἐν ὁμονοίᾳ· ἐν τῇ ἀγάπῃ ἐτελειώθησαν πάντες οἱ ἐκλεκτοὶ τοῦ θεοῦ· δίχα ἀγάπης οὐδὲν εὐάρεστόν ἐστιν τῷ θεῷ.
6 ἐν ἀγάπῃ προσελάβετο ἡμᾶς ὁ δεσπότης· διὰ τὴν ἀγάπην ἣν ἔσχεν πρὸς ἡμᾶς τὸ αἷμα[6] αὐτοῦ ἔδωκεν ὑπὲρ ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ κύριος ἡμῶν, ἐν θελήματι θεοῦ καὶ τὴν σάρκα[7] ὑπὲρ τῆς σαρκὸς ἡμῶν καὶ τὴν ψυχὴν ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ἡμῶν.

ΚΕΦ. Ν'.

1 Ὁρᾶτε, ἀγαπητοί, πῶς μέγα καὶ θαυμαστόν ἐστιν ἡ ἀγάπη, καὶ
2 τῆς τελειότητος αὐτῆς οὐκ ἔστιν ἐξήγησις. τίς ἱκανὸς ἐν αὐτῇ εὑρεθῆναι[1] εἰ μὴ οὓς ἂν καταξιώσῃ[2] ὁ θεός; εὐχώμεθα[3] οὖν καὶ αἰτώ-

---

CAP. L. 1. εξηγησεις. — 2. ευρ..... — 2. ουσα̅καταξιωση..... θαουν. Vid. quae adnotat Tischendorf. p. XIX.

3) τίς ἀρκετὸς ἐξειπεῖν] Editiones ad unam omnes habent: τίς ἀρκεῖ ὡς ἔδει εἰπεῖν; et (Mauricium Schmidt si exceperis) nemo offendebat in opportuno isto ἔδει, dum Tischendorfius veram scriptionem exsculperet elucubraretque. Quem operae pretium est ipsum audire. In append. codicum pag. XIX col. II: „Per errorem, inquit, hucusque omnes ediderunt τηρησάτω, item paulo post τίς ἀρκεῖ ὡς ἔδει εἰπεῖν; Ad editionem photographicam haec conferri nequeunt, uterque enim locus squalore obtectus est. Ipsa vero scriptura minime dubia. Suspicati certe sunt editoris principis errorem Millius et Wottonus, sed Jacobsonus etiam confirmavit. Scripsit enim ille in editione IV 1863 p. 183 ad verba ἀρκεῖ ὡς ἔδει: „Millius et Wottonus mirantur, quomodo istas tres voces eruerit Iunius, quippe quae plane fugerant e msto. Mihi autem (Jacobsono) summa qua potui cura codicem inspicienti visum est harum vocum reliquias tenuissimas quidem adhuc exstare.“ — Item Tischendorfius p. XIII: „Hucusque, inquit, editum est: τίς ἀρκεῖ ὡς ἔδει εἰπεῖν. In quibus quis non videt parum concinne scriptum esse τίς ἀρκεῖ ὡς ἔδει εἰπεῖν? Scilicet hanc lectionem finxit Iunius, nec veram substituerunt qui posterioribus curis toties eum correxerunt. In codice vero scriptum est: τις

magnificentiam eloqui valet? Altitudo, ad quam evehit, caritas 4
inenarrabilis est. Caritas nos Deo adglutinat; caritas peccatorum 5
multitudinem tegit, caritas omnia sustinet, omnia patienter tolerat;
nihil sordidum in caritate, nihil superbum; caritas schisma non
habet, caritas seditionem non movet, caritas omnia cum concordia
facit; caritate omnes Dei electi sunt perfecti, sine caritate nihil
Deo acceptum est. Ex caritate nos Dominus sibi adsumpsit; 6
propter caritatem quam erga nos habuit Dominus noster Iesus
Christus voluntate divina sanguinem suum pro nobis obtulit et
carnem pro carne nostra et animam pro animabus nostris.

CAP. L.

Videtis, dilecti, quam magna et admiranda sit caritas, et 1
quam perfectio eius nequeat enarrari. Quis est idoneus, ut in 2
ipsa inveniatur, praeter eos, quos Deus dignos esse voluerit?

αρκετοσεξειπειν, quae verba nihil dubii habent." Appendix codicum p. 46 col. I haec habet:

v. 29. *τι μεγαλειον της καλλο*
v. 30. *νης αυτου τις αρκετος εξειπειν.*

Versu 29 litterae *αλλο*, v. 30 litterae *ειν* minores sunt.

Denique conferas Hieronymum ad Ephes. IV 1 opp. t. VII p. 606 ed. Vallars. hunc locum sic memorantem: „Cuius rei et Clemens ad Corinthios testis est, scribens: *Vinculum caritatis Dei quis poterit enarrare?* Quibus ex verbis colligitur Hieronymum nondum legisse *ὡς ἔδει*.

4) *τὸ ὕψος*] Haec verba usque ad verba *καταξιώσῃ ὁ θεός* c. L 2 usurpatur Clemens Alex. Strom. IV 18 p. 613. Id quod iam Wottonus adnotavit.

5) *ἀγάπη καλύπτει*] I Petri IV 8. I Cor. XIII 4 sqq. Iac. V 20.

6) *τὸ αἷμα*] Gal. I 4. Io. III 16. I Io. IV 9. 10.

7) *καὶ τὴν σάρκα*] Eadem fere habet Irenaeus V c. 1 p. 292 ed. Massuet.

CAP. L. 1) *τίς ἱκανὸς εὑρ[εθῆναι]* Ita primus scripsit Iunius.

2) *οὓς ἂν καταξιώσῃ*] Ad haec verba hanc notam dat Jacobsonus: „Ita tacite Iunius, quem summo consensu secuti sunt editores omnes. Codex ms. exhibet *απαξιωση* sensu plane absurdo." At contra hunc a Iunii partibus stat Tischendorfius, qui et edit: *ουσαν καταξιωση*, ita, suprascripta litt. *ν*, et p. XIX hanc sententiam fert: „Falsi sunt qui *απαξιωση* eruerant. Videntur *K* pro *N* suprascripto habuisse, *T* pro *Π*." Nulli igitur coniecturae locus et recte scripsit Iunius.

3) *ὁ θεός; εὐχώμε]θα*] Ita primus scripsit Iunius. Litterae restitutae fuerunt versus exeuntis.

μέθα ἀπὸ τοῦ ἐλέους[4] αὐτοῦ, ἵνα ἐν ἀγάπῃ ζῶμεν,[5] δίχα προσκλί-
3 σεως ἀνθρωπίνης,[6] ἄμωμοι. αἱ γενεαὶ[7] πᾶσαι ἀπὸ Ἀδὰμ[8] ἕως
τῆσδε τῆς ἡμέρας παρῆλθον,[9] ἀλλ' οἱ ἐν ἀγάπῃ τελειωθέντες κατὰ
τὴν τοῦ θεοῦ χάριν ἔχουσιν χῶρον εὐσεβῶν· οἳ φανερωθήσονται[10]
4 ἐν τῇ ἐπισκοπῇ τῆς βασιλείας τοῦ Χριστοῦ. γέγραπται γάρ·[11]

‚εἴσελθε εἰς τὰ ταμεῖα μικρὸν ὅσον ὅσον,[12] ἕως οὗ παρ-
έλθῃ ἡ ὀργὴ καὶ θυμός μου, καὶ μνησθήσομαι ἡμέρας
ἀγαθῆς καὶ ἀναστήσω ὑμᾶς ἐκ τῶν θηκῶν ὑμῶν.'

5 Μακάριοί ἐσμεν, ἀγαπητοί, εἰ τὰ προστάγματα[13] τοῦ θεοῦ
ἐποιοῦμεν ἐν ὁμονοίᾳ ἀγάπης εἰς τὸ ἀφεθῆναι ἡμῖν δι' ἀγάπης τὰς
6 ἁμαρτίας.[14] γέγραπται γάρ·[15]

‚μακάριοι ὧν ἀφέθησαν αἱ ἀνομίαι καὶ ὧν ἐπεκαλύ-
φθησαν αἱ ἁμαρτίαι. μακάριος ἀνὴρ οὗ οὐ μὴ λογίσηται
κύριος ἁμαρτίαν οὐδέ ἐστιν ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ δόλος.'

---

2. απ.....ους. Cf. Tischendorf. p. XIX. — 2. αγαπη..... — 2. ανδρω..... — 3. πασα..... — 3. παραη.... — 3. τελειωθεν... — 3. εχο.... — 3. φανερ — ται. Vid. Tischendorf. p. XIX. — 3. βασιλ.... — 4. εισελ... — 4. ταταμια. — 4. οσ.. — 4. θυ... — 4. ημερ.. — 4. υμασ..των. — 5. ειτα ....ταγματα. — 5. μενε..μονοια. — 5. αφεθη... — 5. αμαρτιας.... V. quae adnotat Tischendorf. p. XIX. — 6. μακακαριοι: syllaba κα repetita. Tischendorf. — 6. ων..θησαν. — 6. επεκα..φθησαν. — 6. α...ου. — 6. αμαρτια. — 6. αυτ..

4) αἰτώμεθα ἀπ[ὸ τοῦ ἐλέ]ους] Iunius legit: αἰτώμεθα εἶναι ἀξίους αὐτοῦ s. αὐτῆς. Quae negat Wottonus spatio codicis convenire: deesse enim circiter quinque litteras. Quare scribendum proponit ἀπὸ τοῦ ἐλαιους i. e. ἐλέους; sed simul addit: „Haec autem constructio graeca vix est.“ Lacunam igitur apertam relinquit Wottonus. Nihilo tamen setius editores omnes hanc Henrici Wottoni — non Millii — coniecturam receperunt. Quam confirmat partim Tischendorfius, testatus „syllabam απ exeunte versu (3 c. II p. 46 append. cod.) satis apparere.“ Elucet igitur Iunii vocabulum εἶναι irritum esse. Quod autem ad grammaticam verbi αἰτώμεθα cum ἵνα construendi rationem attinet, quam Wottonus addubitat, vid. Al. Buttmann p. 204. Cf. Col. I 9 αἰτούμενοι ἵνα.

5) ἐν ἀγάπῃ [ζῶμεν] Ita primus scripsit Iunius. Lacuna est versus 4 exeuntis.

6) ἀνθρω[πίνης] Ita Iunius.

7) αἱ γενεαὶ — βασιλείας τοῦ Χριστοῦ] Hunc locum iam Wottono teste descripsit Clemens Alex. Strom. IV 18. 114. p. 614.

8) πᾶσα[ι ἀπὸ Ἀδάμ] Haec verba ex Clemente Al. l. c. primus desumpsit Cotelerius. Litterae πασα in codice

Oremus igitur et petamus ab illius misericordia ut in caritate vivamus, sine propensione aliqua humana et inculpati. Omnes 3 homínum aetates ab Adamo usque in hodiernum diem praeterierunt; qui vero per Dei gratiam in caritate sunt consummati, locum piorum obtinent, et in visitatione regni Christi manifestabuntur. Scriptum enim est: 4

‚ingredere in cubicula paululum quantulumcunque, donec ira mea et furor pertranseat; et recordabor diei boni, et suscitabo vos e sepulcris vestris.'

Beati sumus, dilecti, si praecepta Domini in caritatis con- 5 cordia impleverimus, ut per caritatem peccata nostra nobis remittantur. Scriptum enim est: 6

‚beati quorum remissae sunt iniquitates et quorum tecta sunt peccata. Beatus vir cuius peccatum Dominus non imputabit, neque est in ore eius dolus.'

---

etiam conspiciuntur, reliquae omnes versui exeunti reddendae erant.

9) *παρῆ[λθον]* Et hoc et *τελειωθέντες* et *ἔχουσιν* primus scripsit Iunius.

10) *φανερ[ωθήσον]ται]* Ita Clemente Al. auctore primus scripsit Iunius. Alii *φανεροῦνται*. Tischendorfius append. codicum p. XIX haec adnotat: „Pag. 46 c. II v. 10 pro spatio rectius *ουν* (*φανερουνται*) quam *ωθησον* (*φανερωθησονται*) suppletur. Tamen posterius non prorsus excluditur; poterat enim *ΦΑΝΕΡωθησον* vel similiter scribi."

11) *γέγραπται γάρ]* Ies. XXVI 20 et Ezech. XXXVII 12. 13. — Sensus est: Aliquod tempus sepulcris erunt tecti, tunc resurgent. Hefele.

12) *μικρὸν, ὅσον ὅσον]* Eadem Hebr. X 37. Ies. XXVI 20.

13) *[προσ]τάγματα]* Ita primus Iunius, qui et praecedentes et sequentes versuum 4 et 5 lacunas explevit omnes.

14) *τὰς ἁμαρτίας]* „Post *ἁμαρτιας* membrana abscissa, nec quicquam litterae *H* superest." Ita Tischendorfius. Jacobsonus autem testatur sibi codicem summa qua potuerit cura identidem inspicienti persuasum esse lineam sinistram litterae *H* adhuc cerni posse. Suspicatur praeterea post vocab. *αμαρτιας* in codice chasma satis largum haberi. Totum contra est quod dicit Wottonus, qui: „Omitto, inquit, *ἡμῶν* (post *ἁμαρτίας*) quia in codice ms. non est vocis spatium, et lego *εἰς τῷ* [rectius *τὸ*] *ἀφεθῆναι ἡμῖν δι' ἀγάπης τὰς ἁμαρτίας*." Nobis quoque, iam antequam legeramus Wottoni notam, post praegressum *ἡμῖν* repetitum *ἡμῶν* ferri non posse videbatur. Delevimus igitur quod vulgo legitur *ἡμῶν*.

15) *γέγραπται γάρ]* Psalm. XXXI 1. 2.

